DISPVTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA,
DE
COMPETENTIA FORI COMMUNIS ET PRIVILEGIATI,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Quam
ADJUVANTE DIVINA MAJESTATE EX
DECRETO ET AUCTORITATE
MAGNIFICI AC NOBILISSIMI JCTORUM
ORDINIS IN ILLUSTRI JENENSI ACADEMIA,
PRÆSIDE
VIRO NOBILISSIMO AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO

DN. ERN. FRIDERICO SCHROETERO,
JCTO ET PROFESSORE PUBL. FAMIGERATISSIMO, FACULTATIS
JURIDICÆ ET SCABINATUS ASSESSORE EMINENTISSIMO, GRAVISSIMO,
Dn. Patrono, Promotore ac Præceptore ſuo ſummâ
obſervantia ætatem venerando,

PRO LICENTIA
Nobilem, ſummumque in UTROQUE JURE DOCTORIS
gradum, ejusdemque Honores, Privilegia & Inſignia competenter ac ritè conſequendi
Publico Examini ſubjicit

JOHANNES LAVRENTIVS Keyßner/Arnſt. Thur.

IN AVDITORIO JCTORVM
Horis ante- & pomeridianis
AD DIEM MARTII MDCLV.

JENÆ, Typis PAVLI EHRICHII. 1716.

Digitized by Google

IMperator Leo Auguſtus, ad Styllianum, excellentisſimum ſacrorum officiorum Magiſtrum, in *Nov. 46.* ita ſcribit: *Quemadmodum, ut quæcunq; aliæ res in communis vitæ uſum aſſumantur, ipſarum commoditas facit, & quæ utilitatem aliquam afferunt, magni facimus, quæ verò ad nihil conducunt, contemnimus. Sic omninò ad legalium capitum compoſitionem accommodare nos oportebit, ut; quarum uſus aliquis ſit, qui bono quopiam Rempublicam beet, hæ neceſſario & ferantur & honorentur, quarum verò uſurpatio aut nullius momenti, aut mala ſit, harum non modò non ratio habeatur, ſed etiam ex legum Corpore exemptæ rejiciantur.* Hoc Auguſti Imperatoris reſcriptum cum paulò altius mecum rimarer & ruminarer, memor inſuper moniti Senecæ epiſt. 107. *Nec Scholæ, ſed vitæ diſcendum eſſe*; operæ pretium me facturum

 exiſti-

Digitized by Google

exiſtimavi, ſi de FORI COMPETENTIA materiam ſub diſputationis aleam revocarem, & eacum in arenam deſcenderem. Quàm frequens enim ac utilis ea ſit, inque omnes ferè juris controverſias incidens, peritorum neminem latet; Hinc etiam Clariſſ. Ritterſhuſ. *in expoſit. Novell. part. 9. cap. 10.* eam vocat nobile & latè patens argumentum; Matth. Stephan. de jurisdict. *lib. 1. c.* 1. *n. 1. in fin. & lib. 1. cap. 27. n. 36.* totius juris Civilis repagulum & obicem. Sine longiori itaque verborum anfractu in NOMINE DOMINI noſtri JESU CHRISTI, qui & res penitus deſperatas donare & conſummare virtutis ſuæ magnitudine poteſt, Juſt.n. in *§. 2. de concept. Digeſtorum l. 1. §. C. de vet. jur. enucl.* ſit

THESIS. I.

FOrum, ſepoſitâ ejus Etymologiâ, & Homonymiâ, de qua varii variè, vid. Briſſonius in Lexico Jur. Civ. *tit. forum.* Umm. *Diſp. 4. ad proceſſ. th. 1.* Roſin. *in lib. antiquitat. lib. 19. c. 7. Feſt. in lib. de V. S.* Calvin. *in Lexic. verb. forum.* Cic. *lib. 5. orat. in Verrem* cum Umm. *d. loc.* definimus, quòd ſit litium exercendarum locus neceſſario à litigantibus adeundus. Hoc forum ibi conſequitur Actor, ubi Reo nolenti volenti reſpondendi neceſſitas incumbit. Juris namque ratio poſtulat, ut Rei forum ſequatur Actor *l. 2. C. de juriſdict. l. fin. C. ubi in rem act. l. 3. C. ubi cauſ. ſtat. c. ſi clericus. p. 5. de for. compet.* eâque in re jura favent Reo, cujus cauſa etiam aliàs favorabilior habetur, quàm Actoris *l. 125. de R. J.* Hæc tamen Regula ſuas patitur exceptiones, veluti in perſonis miſerabilibus, quæ agentes reum ad ſuum forum trahere poſſunt. *tit. C. quand. Imp. pupill. vel. vid.* Item in Eccleſia, quæ Sacrilegos laicos coram judice Eccleſiaſtico convenire poteſt *c. 8. extra de for. compet.* & aliis caſibus, uti apud Gilhauſ. *in arb. judic. c. 1. p. 2. §. 1.* & Sichard. *ad l. 2. C. de juriſdict.* legere eſt. In duplicibus judiciis, licet uterque Actor ſit & Reus *l. 44. & 4. fam. ercisc.* quoad hanc tamen materiam is erit Actor, qui primus provocat; Sed cum ambo ad judicium provocant, ſorte res diſcerni ſolet *l. 2. §. ff. comm. divid. l. 13. l. 14. de judic.* & hoc eſt, quod *in l. 29. de judic.* dicitur; qui appellat, prior agit.

Definitio Fori.

Actor ſequitur forum Rei.

Exceptiones.

In duplicibus judiciis quis Actor.

TH. II. Ut autem competenti de competentia fori noſtra procedat diſſertatio ordine, Forum cum Dd. communiter dividimus in Ordinarium & Extraordinarium; Ordinarium in commune & ſingulare ſeu privi-

Diviſio Fori.

 legia-

Forum commune.

legiatum. Commune; quoties communi jure quis forum ſortitur, quod ſit vel ratione Loci, vel ratione Obligationis. Arnold. de Reig. *Diſp. proc. 1. th. 77.* Locus vel domicilii eſt *l. 2. C. de jurisdict. l. 19. in fin. de judic.* vel Contractus vel Criminis commiſſi Weſenb. *in parat. ff. de judic.* Vel Rei Sitæ. Domicilium vel Commune eſt, vel Privatum.

Olim Roma.

Th. III. Commune olim fuit Roma omnibus Civibus Romanis *l. 33. ad Municip.* Unde omnes exteri Romæ poterant conveniri, ſi ibi erant, idque in ſtatu Reipublicæ tum temporis purè ferè Monarchio fieri facilè potuit, videat, cui volupe eſt, Gudelin. *de jure noviſſ. c. 6.* non tamen ex ſua Civitate poterant abſentes vocari *l. 2. §. 4. de judic. & ſeqq.* Paurm. *de jurisdict. c. 9. n. 34.* exceptis nonnullis perſonis, qui domum revocandi jus habebant *d. l. 2. §. 3. de judic.* Zoeſ. *ad d. tit.* Rittershuſ. *in expoſit. Novell. c. 10. n. 22. & ſeqq.* Hodie in cujusvis Regni Metropoli, quæ provinciæ caput vocatur *l. 7. pr. ff. de offic. proconſ.* provinciæ mater *l. 1. C. de metropol. Beryto*, conſtitui poſſe putat Donell. 17. *comm. 13.*

Excip. nonnull. Perſon.

Sententia Donelli.

Forum privatum quotuplex?

Originis.

Th. IV. Privatum, Originis eſt vel habitationis; Illud quoad juriſdictionem ſeu facultatem conveniendi non tàm conſideratur, Umm. *d. diſp. pag. 106.* quàm quoad munerum civilium delationem & injunctionem *l. 1. 2. 3. C. de municip. & origin. l. 6. C. de incol.* Gœdd. *ad l. 190. de V. S.* Côler. *lib. 2. de proceſſ. execut. 1. n. 20.* Menoch. 6. *præſumpt. 24. n. 5.* Quamvis generali Germaniæ conſuetudine etiam in muneribus hodiè forum hoc non conſideretur, cum civis originarius renuncians juri civitatis (quod invito quoque Domino & ſuperiore facere poteſt Gail. *2. obſerv. 36. n. 7.* modò non malitioſè fiat renunciatio, eô ſc. tempore, quô pro commodis ante perceptis onera

Hodierna conſuetudo.

Civis invitô Dominô juri civitatis renunciare poteſt.

-a ſuſtinenda ſunt, Nobiliſſ. atque Excell. Dn. D. Struv. ... eceptor atque promotor ætatem colendus *exerc. ult.* ... *26.*) omnia omninò privilegia & jura civitatis amittat ... il. *d. loc.* Vultej. *ad l. 2. C. de jurisdict. n. 33.* Menoch. ... *6. præſumpt.* 42. *n. 5.* Zang. *de except. p. 2. c. 1. n. 75.* Gœdd. ... *l l. 190. de V. S.* In tantum, ut, etiamſi originarius, qui alio territorio domicilium habet, in loco originis inveniatur, ibique conveniatur, fori declinatoriâ uti, & ad domicilium habitationis hodie revocare poſſit. Paurmeier. *de jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 47.* Vultej. *d. loc. n. 18.* Zang. *de except. p. 2. c. 1. n. 74. & ſeqq.* Cöler. *de proceſſ. execut.* ... *2. c. 1. n. 21.* ubi ita in praxi obtinere dicit. Diſſ. Gail. 2. *obſerv. 36. n. 11.* Matth. de Afflict. *deciſ. 334. n. 6.* Emeric. ... Roßbach *tit. 3. n. 10.* In dubio autem retinuiſſe quis hoc domicilium intelligitur, ut inde mutatum aſſerenti probatio incumbat *Hillig. ad Donell. 17. comm. 12. lit. B.* Maſcard. *de probat. 1. Concluſ. 534.* cum unaquæque res in eodem ſtatu, in quo antea fuit, etiamnum eſſe præſumatur Dn. Carpzov. *lib. 2. reſp. 2. n. 4. l. 22. ff. de probat. l. 5. eod. l. 11. fin. reg.* Zang. *d. loc. n. 9. & 10.* Alciat. *præſumpt. 25. princ.*

Originarius in loco Originis forum non ſortitur, licet ibi reperiatur.

In dubio retinuiſſe quis domicilium originis intelligitur.

Th. V. Hoc ſc. habitationis domicilium eſt locus, in quo quis eo habitat animo, ut ibi perpetuò conſiſtat, niſi aliud inde avocet *l. 7. C. de incol.* Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. part. 2. §. 2. n. 2.* Donell. 17. *comm.* 12. Paurmeiſt. *lib. 2. de jurisdict. c. 9. n. 36.* Non igitur ſola deſtinatio ad locum ſufficit, ſed inſuper, habitatio ut accedat, neceſſe eſt, quæ duo conjunctim requiruntur *l. 20. ad municip. l. 17. §. 13. eod. l. 4. C. de incol.* Nihil autem refert, propria ſit domus, an aliena, conducta, an precaria, quæ inhabitatur Hillig. ad Donell. 17. *Comm. 12. lit. C.* Gœdd. & Dd.

Domicilium habitationis quid? Requiſita ejus.

Non ſufficit lapſus decennij.

Dd. comm. in. l. 203. de V. S. Nec lapſus hoc caſu decennii requiritur. Gail. 2. *obſerv. 35.* Hinc ſtudioſus, qui in Academia ſtudiorum gratiâ vivit, etiamſi per mille annos ſtudeat, ibique ſit natus, Rebuff. *de privileg. Schol. priv. 122.* domicilium non contrahit; Vultej. *in l. 2. C. de juriſdict. n. 19. & ſeqq.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. c. 28. n 49.* quia animum recedendi habet *l. 2. C. de incol. l. 26. ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.* & in terminis tradit Cöler *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 40.* Sic etiam is, qui ob aliquam dignitatem ſe aliò contulit, ut ſit Principis, Comitis vel Baronis Conſiliarius vel Advocatus, non contrahit domicilium, inprimis ſi bona immobilia alibi retinet; Non enim poſſidet ex perſona propria, ſed ratione officii, & ſedes non ſua, ſed officii eſt: veluti ab Ampliſſ. hujus loci Facultate Juridica anno 1639. ad requiſitionem Caſpari Neſſen zu Hall pronunciatum refert Magnific. Dn. D. Richter Patronus & promotor meus filiali honore perpetim proſequendus *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. fol. 11.*

Studioſus in Academia domicilium non contrahit.

Nec conſiliarius & Advocatus Principis.

Præjudic.

Quid moribus noſtris?

Th. VI. Noſtris moribus certum tempus definitum eſſe ſolet, intra quod quis jura civitatis recipere & domicilium conſtituere tenetur, Gail. 2. *obſerv. 135. n. 7. & 8.* Contingere autem poteſt (licet rarò & difficulter) ut quis duobus in locis domicilium habeat *l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. pen. ad municip.* ut: ſi per ſemeſtre hic, per ſemeſtre illic, in vere hoc, æſtate in illo, autumno alio in loco cum familia commoretur, alendo ignem & focum. Tiraq. *in tract. de nobilit. c. 37. n. 131.* Gœdd. *ad l. 203. de V. S. n. 2.* Bald. *in c. dilectus de reſcript.* Et tunc in Actoris arbitrio eſt, quo in loco Reum velit convenire, Paurm. *d. tr. 2. c. 7. n. 31.* Donell. 17. *comm. 12. lit. C.* Quod nec hodie per Aureæ Bullæ caput de Pfalburgeris 16. uti nonnulli falſo opinantur, correctum eſt.

Duobus in locis quis domicilium habere poteſt.

Th.

TH. VII. Sunt autem Pfalburgeri Cives falſi, qui n fraudem prioris Magiſtratus in aliam Civitatem recipi e procurant, nec tamen cum familia eò ſe conferunt, ſed in loco priori nihilominus permanent, eô fine, ut adverſus Magiſtratum priorem ſe defendere, & ad novum, ſi controverſia oriatur, provocare poſſint, Speidel *notab. verb. Pfalburger;* Arum. *ad Auream Bull. diſcurſ. 6. th. 11.* Quæ fraus ne eos juvet, cautum eſt Aur. Bull. *d. tit. 16.* ut novarum Civitatum, in quas ſe recipi curârunt, juribus non potiantur, ſed prioribus Dominis tàm ratione perſonæ, quàm bonorum ſubjecti nihilominus permaneant.

Quid Pfalburgeri?

TH. IIX. Forum itaque competens hoc domicilium tribuit omnibus omninò actionibus Cöler *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 29.* Rittershuſ. *in expoſ. Novell. c. 10. n. 17.* Et in eo Reus poteſt conveniri tàm in civilibus, ſive actio ſit in rem, ſive in perſonam *l. fin. C. ubi in rem act.* quàm in criminalibus *l. 5. princ. C. de jurisd. omn. jud.* ideoque concurrit tanquam generale cum quolibet alio foro (excepto eo, quod eſt ex continentia cauſæ. Excell. Dn. D. Struve *exerc. 7. th. 18.*) ſive contractus, ſive delicti, ſive rei ſitæ. Et in poteſtate Actoris eſt, an in generali hoc foro, an verò ſpeciali v. c. rei ſitæ convenire Reum velit *l. 50. §. fin. de judic. Novell. 69. c. 1. §. 1 verſ. quidenim erit durius.* Vultej. *in l. 1. n. 39. C. de jurisdict. in l. unic. C. ubi de poſſeſſ. agi oport. n. 43.* Et ita ratione hæreditatis petitionis in loco domicilii inſtituendæ pronunciarunt Helmſtadienſes, referente Excell. Dn. D. Hahnio JCto celebratisſimo, Patrono ac Præceptore meo nunquam absque ſingulari reverentia nominando *p. 1. obſ. & Weſ p. 169.* Recedit ab hac ſententia Donell. 17. *comm. c. 17. lit. D. E. F* Rittersh. *d. tr. p. 9. c. 10. n. 32.* putantes, forum domicilii cum foro.

Domicilium forum competens tribuit omnibus actionibus.

Actor vel in loco Domicilij vel rei ſitæ reum poteſt convenire.

Reſpondetur diſſentient.

foro rei ſitæ non poſſe concurrere *per l. unic. C. ubi de poſſeſſ. l. fin. C. ubi in rem act. l. un. 2. C. ubi de hæred.* Verùm ex iis textibus nulla neceſſitas elici poteſt, utpote qui tantùm de loco poſſeſſorii judicii maximè proprio loquuntur, ita tamen ut domicilii locus non excludatur. Nec quicquam pro ipſorum opinione confirmanda etiam facit *l. 36. ff. de judic.* Reſp. enim cum Bachov. ad Treutl. *vol. 1. Diſp. 3. th. 8. lit. G.* Quod ibi verbum debere non importet præciſam neceſſitatem, ſed impropriè pro poſſe ſumatur, vel quod ſpeciale ſit in re legata; vel cum Vultej. *ad d. l. unic. n. 11.* quod textus loquatur de jure veteri. Aliter reſpondet Hotomann. *lib. 5. obſerv. 3.* pro verbo peti ſubſtituens verbum ſolvi. Vid. Zœſ. *ad tit. de judic. n. 78.*

Ubi judicium eſt cæptum ibi finiri debet.

TH. IX. Ubi autem ſemel judicium eſt acceptum, ibi & peragi, ac finem accipere debet *l. 30. ff. de judic.* quia per electionem jus acquiritur adverſario, quod poſtea non poteſt eidem tolli, Dn. Carpz. *lib. 2. reſp. 32. n. 16.* Et hoc procedit, licet prius domicilium deinde Reus mutaverit *l. 19. de jurisdict. l. 7. de judic. c. 10. 19. de for. compet.* Gail. 2. 36. *n.* 13. Emeric. à Roßbach *tit. 13. n. 12.* propter præventionem, quæ ſolet litem de concurrente jurisdictione dirimere, ut in arbitrio Actoris amplius non ſit, quò velit loco Reum convenire. Rittersh. *in expoſ. Novell. part. 9. c. 10. n 33.* An autem præventio jurisdictionis litis conteſtatione, an ſolà citatione legitimè factà induci & litis pendentis exceptio opponi poſſit, vide Gail. 1. *obſerv. 11. n. 1.* Scacc. *de judic. lib. 1. c. 12. n. 55.* Mynſ. *cent. 4. obſerv.* 26. Magnific. Dn. Frantzk. *ad tit. de judic. n. 50. & ſeqq.* Carpz. *lib. 2. tit. 3. reſponſ. 46. n. 14. & ſeqq. & reſp. 47. n. 1.* ac latè Mindan. *de continent cauſ. lib. 3. c. 8. n. 7.* Hic obiter

Præventio jurisdictionis an ſolà citatione inducatur?

deci-

decidi poteſt illa quæſtio: An Imperator cauſas litigioſas in Camera pendentes avocare, & ad ſe trahere poſſit? Et recte negatur *per ordin. Camer. p. 2. art. 35. ibi :* daß dem Cammer-Gericht ſein ſtarcker unverhinderter Lauff gelaſſen werden ſoll. Limn. *lib. 9. c. 2. n. 60. & ſeqq.* Bernhard. Græv. *ſib. 1. concluſ. 41.* Denais in ſynopſ. jur. Cam. *rubr. Cameræ inſtitutio & auctoritas* §. 2. Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 1. 185.* Heig. *p. 1. q. 9. n. 34.* Gail. 1. *obſerv.* 41. Matth. Stephan. *d. tr. lib. 2. p. 1. c. 3. princ. n. 30.* Nam Imperator per modum contractus in ordinationem Cameræ conſenſit *ordin. camp. p. 3. tit. ult.* §. ſolches alles / ideò ad ejus obſervantiam & jure communi tenetur. Spreng. *in ſynopſ. Juris publ. p. 77. & ſeq.* Reingking. *de regim. ſecular. & Eccl. lib. 2. claſſ. 2. c. 14. n.* 11. 12. *& ſeqq.* Gail. *d. loc.* Et hanc ſententiam non parum juvat præjudicium à Schleidano *de ſtat. relig. p. 813. in fin.* relatum de Alberto Marchione Brandenburgico, qui cum à Camera Imperiali ſolenniter proſcriptus Imperatoris Caroli V. auxilium imploraſſet, ita Imperator reſpondit: non licere Imperatori juris adminiſtrationem impedire; Confer Matth. Stephan. *d. loc. n.* 32. Carpzov. *p. 2. tit. 3. reſponſ.* 49. Hic facit divortium Berlich. *p. 1. concl. 6. n. 1. & concl. 58. per cap. ut noſtrum 36. extra de appell. l. 58. ff de judic.* Verum cum hæc quæſtio potius ex Receſſibus Imperii & legibus fundamentalibus ſit decidenda, malè in jure Civili, & pejus in jure Canonico ejus deciſio quæritur; Hinc bene Wilhelm. Becker *in Synopſ. Juris Imperii* dicit; planè abſurdum eſſe, controverſias de hodierna Imperatoris & Principum poteſtate, neglecta Aurea Bulla Caroli IV. Capitulatione ac Receſſibus Imperii, ex ſolo jure Juſtinianeo decidere velle.

Imperator cauſas in Camera pendentes avocare non poteſt.

Præjudicium.

Reſpondetur Berlich. diſſens.

B 2 TH.

Perſona quæ domicilium ex perſona alterius conſequuntur.

Th. X. Sunt quædam perſonæ, quæ domicilium ex perſona alterius conſequuntur, ut ex Perſona Mariti uxor. *l. ult.* §. *3. ad municip. l. fin. C. de incol. l. penult. princ. de jurisd. l. 65. de judic. l. mulieres C. de dignitat.* Zang. 2. *de except. 1. n. 56. & ſeqq.* etiam in cauſa, qua alteri ante matrimonium obligata erat. Magnif. Dn. Frantzk. *ad tit. de judic. n. 12.* quæ tenetur ſequi maritum, quocunq; migrat, etiam bannitum, Gail. *2. de pace publ. c. 10. n. 18. l. 5. ff. de bon. damn. argum. l. 22.* §. *7. ff. ſolut. matrim.* modo legitimum, jureque probatum ſit matrimonium *l. 37.* §. *ult. ff. ad municipal.* inde & domicilium mariti ex ſpeciali privilegio ipſi competens, ad eam pertinet *l. 13. C. de dignit. l. fin. C. de incol. l. 8. de Senator.* Vincent. de Franch. *deciſ. 373.* Similiter vidua, quàm diu vidua prædefuncti Mariti manet *l. 22.* §. *vidua ff. ad municip.* Sic locus domicilii mariti in ſucceſſione viduæ etiam attenditur, licet vidua ſe in alium locum ad tempus contulerit. Vid elegans, quod habet Magnific. Dn. D. Richter *in tr. de ſucceſſ. ab inteſt. fol. 17* reſponſum ad conſultationem der Gräfl. Hohenlohiſchen / Waldenb. Lini Hoffmeiſter und Räthe zu Oeringen. Ad ſecunda autem tranſiens vota ſecundi quoque mariti domicilium nanciſcitur *l. fin. C. de incol. & d. l. 22. ad municip.* Sponſa verò non ſequitur domicilium ſponſi *text. expreſſ. in l. 32. eod.* Ex perſona domini ſervus *l. 1. C. ubi cauſ. ſtat.*

Heres ibi defendendus ubi defunctus debuit.

Th. XI. Heres quoque abſens ibi defendendus eſt, ubi defunctus debuit, & conveniendus, ſi ibi inveniatur, nulloque proprio ſuo privilegio excuſatur *l. 19. princ. ff. de judic.* ratio, quia hæres in univerſium jus, quod defunctus habuit, ſuccedit *l. 177. de R. J. l. 34. ff. de judic.*

Ratio.

Et ex perſona heredis obligatio defuncti non mutatur

Magni-

Magnif. Dn. Franzk. *d. tit. de judic. n. 9.* ſed heres adeundo hereditatem omnes defuncti obligationes induit, ejusque onera ſuſcipit, earumque rerum præſtationem, quas teſtator præſtari voluit, unde quoque de legatis & fidei commiſſis conventus, ibi ſe defendere judiciumque ſuſcipere debet §. 5. *Inſt. de obligat. quæ ex qs. contract. l. 5. §. 2. de O. & A. Confer Ritterſhuſ. in expoſ. Novell. p. 9. c. 10. n. 53.*

Th. XII. Defenſor itidem tàm voluntarius quàm neceſſarius, ut venditor in cauſa evictionis *l. 44. de judic.* factâ denunciatione ibi comparere debet, ubi principalis ſe defendere neceſſe habet, etiamſi Clericus, nobilis, ſtudioſus vel alia privilegiata perſona ſit, eſt enim defendere, eandem vicem cum Reo ſubire *l. 51. §. 1. de procur. l. 35. §. 3. eod.*

Defenſor ibi comparare debet ubi principalis defendendus eſt. Licet Clericus aut ſtudioſus ſit.

Th. XIII. Domicilium habentibus opponuntur vagabundi, ut ſunt, qui nusquam, quod apparet, certa ſede habitationeque conſiſtunt, licet domicilium Originis ratione habeant. Gail. 1. *obſ. 1. n. 34. & obſerv. 51. n. 4.* Et hi jus revocandi domum non habent, neque invito Actore alibi domicilium eligere valent, Gail. *d. obſerv. 1.* Sed, ubicunque reperiuntur, conveniri, & ſi non reperiuntur per edictum publicè citari poſſunt Carpz. 2. *reſponſ. 25. n. 12.* Marant. *p. 6. tit. de citat. n. 82. & 83.* Gail. *dd. loc.* cum conveniendi facultatem dolo, qui nemini patrocinari debet, ſubtrahere videantur. Huc pertinent verba ordin. provinc. de anno 155. ſub tit. Von Unkoſten der peinlichen Rechtfertigung §. Würden ſie aber in verb. und ſolches nicht allein auff den Fall / wenn die Verbrecher an denen Orten / da ſie verbrochen / ſondern auch auſſerhalb derſelben in frembden

Qui vagabundi?

Ubicunque inveniuntur vagabundi conveniri poſſunt.

 Gerich-

Digitized by Google

Citatio facienda eſt ſecundum ſty'um Curiarum.

Gerichten zur Gefängniß bracht ſeyn &c. Semper autem citatio facienda eſt ſecundum communem ſtylum curiarum, ſi enim fit contra ſtylum, citatus non tenetur comparere, & ex conſequenti non poteſt reputari contumax Marant. *d. loc. n. 50.* Marſ. *in ſing.* 118. Carpz. 2. *tit. 3. reſp. 47. n. 3.* Si bona alicubi habent vagabundi, ibi citatio affigi, & à Magiſtratu ejus loci Curator bonorum, qui defenſionem eorum ſuſcipiat, dari debet. Zang. *de except. part. 2. c. 1. n. 102.* Felin. *in cap. fin. n. 8. extra de for. compet.* Carpz. *lib. 2. reſp.* 25. *n.* 11. & 12.

Ubi affigenda?

Forum competens ratione ſitæ mobilis. immobilis.

TH. XIV. Rei Sitæ locus forum competens efficit, ſive de immobilibus, ſive mobilibus *l. 38. de judic.* Umm. *diſp. 4. th. 3. n. 15.* vel ſe moventibus ſit quæſtio. Unde, ſi quis cum equo ſuo per aliquem locum, ubi aliàs non ſortiretur forum, tranſiret, potes cum rei vindicatione convenire, nec datur ei fori incompetentis exceptio, quoniam in actione reali non tam perſonam, quam rem ipſam litigioſam ſpectamus, & ſpectamus perſonam propter rem. Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 2.* §. 4. Azo *in ſumma C. ubi in rem act.* cujus ſententia etiam uſu forenſi recepta eſt Vultej. *in l. 1. C. ubi in rem act.* Sichard. *ad d. l.* Diſſ. Hugolin. Cyn. *in d. l. ult.* & alii, quos recenſet Azo *d. loc.* Umm. *d. loc. p.* 115. Donell. 17. *comm.* 17. reſtringentes *d. l. ult.* tantùm ad res immobiles, ſeu mobiles eò loci permanſuras, quibus in diſcurſu datâ occaſione reſpondebimus. Vid. Rittersh. *in expoſ. Novell. p. 9. c. 19. n. 36.* An autem etiam Clericus poſſeſſor ratione bonorum coram judice ſeculari conveniri poſſit, quæſtionis eſt; Et affirm. cum Gail. 1. *obſerv. 37. n. 4.*

Diſſ. Hugolin. & alij.

Clericus ratione bonorum coram ſeculari judice conveniri poteſt.

Mynſ

Myns. 1. *obſerv.* 22. Duaren. *de judic. cap. de for. compet. fol.* 166. quorum ſententiam etiam uſu obſervari, præſertim in exigendis tributis & aliis oneribus realibus, practicari videmus Matth. Stephan. *d. tr. p.* 2. *c.* 10. *n.* 14. *& ſeqq* Magnif. Dn. Frantzk. *d. loc. n.* 49. *Diſſ.* Covarruv. *practic. quæſt.* 8. *n.* 4. *in fin.*

Th. XV. Sive de poſſesſione ſive de proprietate agatur. Et poſſeſſorium quidem ſive interdicto retinendæ *l. unic. C. ubi de poſſeſſ.* ſive recuperandæ *de l. unic.* ſive adipiſcendæ *l. unic. C. ubi de hæredit.* quis experiatur (quæ duo ultima interdicta cum rei vindicatione etiam in uno libello cumulari poſſunt *c.* 3. 4. 5. *&* 6. *de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* Nobiliſſ. Dn. Hahn. *p.* 2. *pag.* 579. Formulam cumulandi tradit Cöler *de proceſſ. execut. ad cap.* 3. 9. *de cauſ. propriet. & poſſeſſ.*) in loco rei ſitæ recte intentari poteſt, ut maximè reus ibidem locorum non inveniatur; quod & de petitorio verum eſt, *l. un. C. ubi de hered. l.* 3. *c. ubi in rem act.* Azo, accurſ. & vulgo Dd. *ad d. l. unic. Cod. ubi de hæredit.* Roman. *Conſil.* 197. Diſſ. Cujac. *in parat. C. ubi de heredit.* Tertacinq *de reſolut.* 4. *n.* 66. Caſtrens. *in l.* 3. *n.* 2. *C. d. t.* & alii, putantes, tum demum in loco rei ſitæ quem conveniri poſſe, ſi ibi reperiatur, quod iniquum ſit, eum ex domicilio ſuo ad locum rei ſitæ cum diſpendio rei familiaris extrahi, id quod videtur probari poſſe *d. l. unic.* Verum refellit hos Vultej. *ad d. l.* & Zœſ. *ad tit. de judic. n.* 78. qui aſſerit, illorum ſententiam praxi receptam non eſſe. confer Excell. Dn. D. Hahn. *part.* 1. *pag.* 369. *in obſerv. ad Weſenb.*

Poſſeſſorium & petitorium poſſunt cumulari.

Et in loco rei ſitæ intentari. Licet reus ibi non inveniatur.

Diſſ. Cujac.

Reſp.

Th. XVI. Hodie pro interdictis mandata decernuntur, quæ petuntur, ſi factum alterius concernunt,

Hodie mandata decernuntur.

nunt, & ſunt perſonalia, in loco domilii ipſius rei, ut Mandata de non amplius turbando; ſin de poſſeſſione principaliter agunt, in loco rei petuntur ſitæ, ut ſunt: mandata manutenentiæ, reſtitutoria &c.

Secundus modus eſt Obligatio. TH. XVII. Atque hæc de primo ſortiendi forum modo. Sequitur ſecundus, nimirum Obligatio. Obligatio vel eſt ex contractu vel ex delicto. *Quid nomine contractus venit?* Contractus nomine hic venit omnis obligatio pro contractu hac in parte habenda. *arg. l. 20. de judic. l. 6. ff. de reb. autorit. judic poſſ.* ita ut tàm pacta, quàm delicta, præſertim civilia, Magnif. Dn. Frantz, *d. loc. n. 40.* Umm. *diſp. 4. th 2. n. 8.* & quaſi contractus ſub ſe comprehendat: *Ubi condictio indebiti intentari poteſt?* ſic condictio indebiti, quæ eſt qs. contractus §. *6. Inſt. de oblig. quæ ex qs. contr.* eò loci, ubi indebitum ſolutum intentari poteſt *l. 27. de condict. indeb.* *Ubi tutores curatores conveniendi?* Similiter tutores & Curatores, qui ex quaſi contractu ad reddendas rationes obligantur §. *2. Inſt. de obl. quæ ex qs. contr.* in loco tutelæ vel curæ geſtæ conveniri poſſunt *l. 1. C. ubi de ratiocin. l. 19. §. 1. de judic.* Matth. Steph. *d. tr. c. 29. n. 2. & 27.* Cujac. *in l. 7. de pact.* Sichard. *ad l. 2. C. de jurisdict. omn. judic.*

Ubi contraxiſſe quis intelligitur? TH. XIIX. Contraxiſſe autem quis intelligitur, non ubi ipſum contrahendi factum proceſſit, ſed quem in locum deſtinata eſt ſolutio *l. 21. de O. & A. l. 1. 2. 3 de reb. autor. judic.* Magnif. de Frantzk. *d. tit. n. 36.* Carpz. *2. reſp. 29. n. 6.* Donell. *17. comm. 14.* Sichard. *d. l. n. 9.* *Quid ſi in ſpecie nihil cautum?* Quod ſi in ſpecie nihil cautum, ſolutioni præſtitutus videtur locus, in quo res geſta, ſeu ubi contractus celebratus eſt. idque cum ex tacita contrahentium voluntate, tum ex natura ipſius obligationis, ut idem ſit locus ſolvendæ obligationis, qui fuit

con-

Digitized by Google

contrahendæ *arg. l. 35. de R. J.* facit huc, quod in loco contractus firma rei geſtæ documenta haberi poſſint, Cardin. Tush. *practic. concluſ. tom. 4. concluſ.* 438. Sin inter abſentes vero per literas contrahitur, locus contractus dicitur, ubi utriusque partis conſenſus conjungitur; nimirum ubi literæ acceptatæ Excell. Dn. D. Struv. *exerc. 7. th. 19.* Berlich. *deciſ. 37.* ubi ita à JCtis Lipſienſibus anno 1620. pronunciatum fuiſſe refert.

Inter abſentes ſi contrahitur?

TH. XIX. Atque in hoc loco contractus Reus (Actori enim electio conceditur Rittersh. *in expoſ. Novell. p. 9. c. 10. n. 42.* Cöler. de proceſſ. execut. *p. 2. c. 1. n. 44. & 49.* Gilhauſen. *p. 2. c. 1. n. 8. §. 1.*) neceſſario, ſi ibi deprehendatur, jurisdictionem tenetur ſubire, & ſe defendere *cap. 1. §. contrahentes extra de for. compet. in 6.* Cöler. *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 44.* Gail. 2. *obſerv. 36. n. 14.* Zang. *d. tr. part. 2. c. 1. n. 123.* Sive ad implementum ſive ad reſciſſionem contractus agatur *l. 14. §. 4. C. de non numer. pecun. l. 27. de condict. indeb.* Covarr. 1. *varian. reſolut. n. 1.* Cöler. *d. loc. n. 19.* Dominic. Cardin. Tuſch. *Tom. 4. pract. concluſ. 438.* Nec refragatur, uti ſentit Jaſon *in l.* qui certo loco 27. *ff. de condict. indebit.* Dec. *in Rubr. de judit. column 2.* quod dicitur *in l. 2. C. ubi & ap. quem cogn.* reſtitutionem peti debere non in loco contractus initi, ſed in domicilio rei, ex quo inferri poſſet, agentem ad distractum non poſſe ſequi locum contractus, aut deſtinatæ ſolutionis. Loquitur enim textus de reo abſente, qui non eſt in loco contractus, non verò de præſente. nam ſi ibi præſens fuerit, adverſus quem petitur reſtitutio, eam in loco contractus peti poſſe, ibi minimè negatur

In loco contractus Reus tenetur ſe defendere ſi ibi deprehendatur.

Sive ad reſciſionem ſive ad implementum agatur.

Non obſtat.

Digitized by Google

tur Covarruv. *lib. 1. var. reſolut. c. 4. n. 1.* Et dicta lex 14. §. 4. *C. de non numer.* expreſſim probat, poſſe quempiam in loco contractus apud ejus judicem intra biennium conqueri, ſibi non fuiſſe pecuniam numeratam, & ita agere ad ipſius contractus, ſi inibi adverſarius inveniatur, diſſolutionem, Felin. *in cap. ult. n. 24. de judic.* Covarruv. *d. loc.*

Reus poſt citationem non comparens immiſſionem bonorum pati cogitur.

TH. XX. Quod ſi Reus abſens poſt citationem in loco contractus non compareat, immiſſionem bonorum, ſi quæ ibi habet, pati cogitur, ſin ſecus, exſpectare, ut judex domicilii ſententiam à judice loci contractus latam exequatur *d. c. 1. §. contrahentes l. 15. §. 1. de re judic.* confer Gilhauſ. *p. 2. c. 1. n. 14. §. 1.* Covarruv. *pract. quæſt. c. 10. n. 4.* Quod quidem ſub literis requiſitorialibus fieri conſvevit Cöler *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 44.* Uſu enim receptum eſt, ut jurisdictiones ſibi invicem vicarias præſtent operas Gail *1. obſerv. 113. n. 16.* Covarruv. *d. loc. n. 1.* Quamvis meliùs rei ſuæ quem conſulere opiner, ſi ſtatim ad locum domicilii ſe conferat, quam ut ſuperfluos ſumptus impendat.

Quomodo?

Exc.

Niſi confeſtim quis receſſurus ſit.

TH. XXI. Et hæc, quæ diximus, vera ſunt, niſi confeſtim quis de loco receſſurus ſit. Nam ſi vel pedibus iter faciens, vel equò transvehens, vel navigio prætervehens, locum, in quo contractus celebratus, tranſeat, ſicque veniat, ut confeſtim diſcedat, licet ibidem prandium capiat & cœnet, eo in loco ſe defendere haud compellitur, quia advena eſt, ſtatim de loco diſceſſurus, unde meritò eodem privilegio, quo alii advenæ, fruitur; Rittershuſ. *in expoſ. Novell. part. 9. c. 10. n. 46.* Et quamvis *d. cap. 1. §. contrahentes extra de for.*

Non obſtat. cap. 1.

for. compet. in 6. generaliter loquatur, attamen hoc caſu ex legibus civilibus, in quibus diſtingvitur, an confeſtim quis diſceſſurus ſit à loco contractus, an per tempus moraturus *d. l. 19. §. 2.* interpretandum eſt, ut evitetur correctio juris civilis. Zang. *de except: p. 2. c. 1. n. 124. & ſeqq. arg. l. 2. C. de condit. inſert.* Remisſionem verò Rei à magiſtratu domicilii ad judicem loci contractus nulla neceſſitas ſvadet *d. c. 1.* Treutl. *vol. 1. diſp. 3. th. 9.* Côler. *p. 2. c. 1. n. 45.* ubi hanc ſententiam communem dicit. Weſenb. *in part. tit. de judic. n. 16.* Covarruv. *practic. quæſt.* 11. *n. 3.* Panormitan. *in cap. fin. n. 73. de for. compet.* Bernhard. Dintzius *in relat. 642. incip. remiſſ. in civilibus.* *Non obſtat l. 1. C. ubi cauſ. ſtat.* Is enim, qui in libertatem proclamat, quia actor eſt, meritò etiam domini ſui tanquam Rei, & contra quem agere intendit, forum ſequi eoque remitti, ſi forſan alibi agere velit, debet.

Remisſio in contractibus non habeat locum.

Non obſt. l. 1.

Th. XII. Cautelam, quod quis ubique locorum, ratione contractus, conveniri poſſit, tradit cum Bartol. Gail. 2. *obſerv. 36.* Nimirum ut debitor in inſtrumento promittat, ſe ſoluturum pecuniam Coloniæ, Francofurdiæ, & ubicunque locorum fuerit inventus, tunc eo loci, ubi deprehenditur, creditor ſolutionem petere poteſt, quod ratione non caret, quia ſtipulatio ita interpretanda eſt, ne reddatur inutilis *l. 80. de V. O.* Iaſon *in l. 1. n. 1. ff. de eo quod* Gilh. *in arb. judic. c. 1. part. 2. §. 1. n. 27.*

Cautela Gail. quod quis ubique conveniri poſſit.

Th. XXIII. Quod autem ſupra dictum, in loco contractus reum conveniri poſſe, ſi ibidem reperiatur fallit (1.) in nundinis publicis & ſolennioribus, in quibus mercatores propter debitum privatum & civile (ſecus

Mercatores propter debitum in nundinis non poſſunt conveniri.

(ſecus enim eſt in delictis & debito publico *Novell.* 18. *c.* 5. *l. unic. C. de nundin.* Excell. Dn. Struve *exerc. ult. th.* 17.) non poſſunt conveniri, nec merces, aut perſona illorum detineri *d. l. unic.* quò magis ad obeundas nundinas invitentur, niſi ipſis nundinis contraxerint, tum enim ibidem conveniri eos poſſe, communiter Dd.

Except. ſtatuunt, propter rationes à Matth. Stephan. *de jurisd. lib.* 1. *c.* 29. *n.* 52. adductas, Sichard. *in d. l. ult. C. de nund.*

Aliud in Electoratu Saxon. Quamvis hoc in ditionibus Elect. Saxon. non obſervari ſtatuat Daniel. Möller. *p.* 1. *conſtit.* 30. *n.* 8. tam propter generalitatem conſtitutionis Electoris, quàm propter privilegii rationem *conſtitut.* 30. *p.* 1. expreſſam, ne ſcilicet commercia & negotiationes in nundinis impediantur, verſu: innerhalb der öffentlichen Märckte der Handel und Werbung halben die Freyheit gehalten / &c.

Hoc privilegium alios, qui Mercatores non ſunt, non concernit. Ex quibus etiam patet, privilegium hoc aliis civibus, qui mercatores non ſunt, non competere, quemadmodum Elect. Saxon. hoc privilegium de non arreſtando in nundinis ad ſolos mercatores peculiari reſcripto, ad ſenatum Lipſienſem emiſſo, ſub dato 25. Julii 1621. reſtrinxit in verbis: Was in Anlegung der Arreſtverordnung unter ihnen den Handelsleuten alleine ſtatt haben ſoll. Carpzov. *p.* 1. *conſtitut.* 30. *definit.* 24.

Mulier dotem repetere debet in loco domicilij mariti. Th. XXIV. Fallit (2.) in Marito, cujus forum domicilii mulier in repetenda dote ſequi tenetur, & non locum, quô dos conſtituta, aut inſtrumentum ejus confectum eſt *l.* 65. *de judic.* Excell. Dn. Hahn. *in obſerv. ad Weſenb. tit. de judic. pag.* 368. ratio, quia, quamvis dotis datio ſit contractus *l.* 23. *de R. J.* tamen non ex eo genere contractus eſt, ut oporteat ſpectare locum, in quo inſtrumentum dotis eſt factum, ſed eum potius,

tius, qui eſt domicilium mariti, quod uxor ſequi cogitur *l. pen. de jurisdict.* Ergò etiam ejus res & bona tanquam acceſſoria perſonæ & matrimonii. Inde alibi maritus contraxiſſe tanquam advena cenſetur Hillig. ad Donell. 17. *comm.* 14. *lit. M.* Confer. Matth. Stephan. *de jurisd. l.* 1. *c.* 29. *n.* 58. Rittershuſ. *in expoſ. Novell. part.* 9. *c.* 10. *n.* 49. Speciale tamen eſt quoad matrimonium divortio ſolutum, quo caſu in loco divortii de dote agi poteſt, etiamſi maritus alibi domicilium habeat, idque ob odium divortii, cui maritus vel cauſam dedit vel fieri permiſit Rittersh. *d. l. n.* 50.

Speciale quoad matrimonium divortio ſolutum.

Th. XXV. Fallit (3.) in Conſtituto, qui enim pecuniam conſtituit, in loco conſtituti ſe defendere non compellitur *l.* 8. *ff. de judic.* quoniam nova obligatio non introducitur, ſed prior tantùm firmior redditur, unde etiam conſtitutores pro alterius debito ad inſtar fidejuſſorum beneficio gaudent excuſſionis *Novell.* 4.

Pecuniam conſtituens in loco conſtituti ſe defendere debet

Gaudet tamen beneficio excuſſionis.

Th. XXVI. Nunc de Obligatione ex delicto, cujus ratione, ſi agitur criminaliter, forum reus ſortitur non ſolùm, ut diximus, in loco domicilii, verum etiam, ubi commiſſum *l.* 1. *& auth. qua in provincia C. ubi de criminib.* rationes recenſet Covarruv. *pract. quæſt. c.* 11. *n.* 3. Jacob à Belloviſu *in cap.* 1. §. *crontrahentes n.* 100. *de for. compet. in* 6.) vel inchoatum delictum eſt *d. l.* 1. *Peretz in Cod.* ibidem Bocer. *claſſ.* 6. *diſp.* 38. *th.* 10. tia tamen, ut præventioni locus ſit. Nam inter duos jus æquale habentes melior eſt conditio prævenientis Carpz. *lib.* 2. *tit.* 3. *reſponſ.* 46. *n.* 8. Diff. Zang. *de except. p.* 2. *c.* 1. *n.* 231. Carpz. *prax. crimin. part.* 3. *cap.* 110. *n.* 16. Vel ubi reperiuntur, qui rei perhibentur eſſe criminis,

Forum ratione delicti.

Reus poteſt conveniri ubi commiſſum vel inchoatum delictum eſt.

Diſſent.

Vel ubi reperiuntur.

quantumvis alibi domicilium habeant, nec ſint vagabundi *d. l.* 1. *Weſ. ad tit. de judic. n.* 16. Covarruv. *pract. quæſt.* 11. *n.* 7. Quam ſententiam etiam in praxi ſervari teſtatur Vultej. *in d. l.* 1. *n.* 40. Ferdinandus quoque Imp. in Comitiis Auguſtanis conſtituit, ut poſſint rei criminum conveniri ac puniri, ubicunque deprehendantur, etiamſi alibi deliquerint: ſicut plerumque ſolent prædones hinc inde ſine certis ſedibus & domicilio divagari. Excipiunt DD. reos criminis fractæ pacis, qui in Camera Imp. accuſari debent ad pœnam ordinationi inſertam *p.* 2. *tit.* 9. *ordinat. Camer.* Gail. 2. *obſerv.* 3.

Excip. Rei criminis fractæ pacis.

Qu. An in loco delicti conveniri poſſit delinquens, ſi abſens ſit?

Th. XXVII. An verò in loco delicti etiam conveniri poſſit delinquens, ſit abſens ſit, non omnium eadem eſt ſententia. Affirmativè reſpondet Excell. Dn. Hahn *in obſerv. ad Weſenb. part.* 1. *pag.* 365. Excell. Dn. Struve *exercit.* 7. *th.* 24. *per l.* 3. *de re milit. l.* 28. §. 15. *de pœn. l. fin. de accuſat. cap. fin. de for. compet. Novell.* 134. *cap.* 4. & 5. quibus meritò ſubſcribimus. Nam judex delicti abſentem per ſubſidium iſtius jurisdictionis, ubi degit, vel ſi latitat, edicto publico in tribus diverſis trium dominorum territoriis affixo citare, & adverſus in termino præfixo non comparentem ad bannum procedere poteſt *d. Novell.* 134. *cap.* 5. Rauchb. *quæſt.* 50. *n.* 50. eſtque formula pronunciandi in terris Saxon. ejusmodi: Daß Ankläger den Angeklagten von wegen ſeines Ungehorſams biß auff Ehehafft in die Acht und Verfeſtung zu erklären/ erſtanden und erlanget hat von N. W. Zang. *de except. c.* 1. *p.* 2. *n.* 253. Quod tam in proceſſu criminali ordinario, quàm inquiſitorio ita obſervari, præſertim in fore Saxonico docet Carpzov. *part.* 3. *prax. crimin. quæſt.* 110. *n.* 7. Diſſ. Beſold. *differt. de* *pro-*

Formula pronunciandi in foro Saxon.

Procedit in proceſſu ordinario & inquiſitorio.

Diſſent.

proceſs. judic. c. 2. th. 13. Hillig. ad Donell. *17. comm. 16. lit. D.* Rauchb. *p. 1. quaſt. 50. n. 10.* arbitrantes, tum demum judicem delicti contra abſentem delinquentem procedere poſſe, ſi citatio ipſi ante fugam vel diſceſſum fuerit inſinuata.

Th. XXVIII. Quin & judex ita requiſitus reum ad magiſtratum delicti admiſſi de jure Civili remittere debet *l. 7. §. fin. de accuſat. Novell. 134. c. 5. l. 7. de cuſtod. & exhib. reor.* ut ibi ad illius Reipubl. læſionem compenſandam inque aliorum exemplum puniatur. Vid. Zœſ *de judic. n. 74.* Quod & in Electoratu Saxoniæ obſervatur vigore ſanctionis, quæ habetur inter Ordinat *provinc. ſub tit.* Daß man die Ubelthäter / ſo in den Aemptern verbrochen / oder entwenden / wiederum in die Aempter folgen ſoll laſſen. Quod verum, ſi videlicet judex delicti ſit ſimul ſuperior judicis habitationis Magiſtratus Rauchb. *p. 1. quaſt 50. n. 26.* Et hæ remiſſiones olim adeò neceſſariæ erant, ut, judice delicti id requirente, judex domicilii, licet ſe ipſum ad jus reddendum paratum dixerit, remiſſionem declinare non potuerit, Carpzov. *in prax. crim. p. 3. quaſt. 110. n. 48.* Zang. *de except. p. 2. c. 1. n. 247.* Covarruv. *practic. quaſt. c. 11. n. 5.* ubi plenè remiſſionis materiam tractat.

Jure civili reus ad magiſtratum delicti admiſſi remittendus eſt.

Quod etiam in Elect. Saxon. obſervatur.

Th. XXXI. Hodiè remittendi neceſſitas, mutatô Reipubl. ſtatu, quo omnes provinciæ uni Imperatori ſubjectæ erant, ubivis ferè locorum in deſvetudinem abiit, Magnif. Dn. Richter *deciſ. 15.* De Italia teſtatur Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. recept. §. ult. quaſt. 38.* De Gallia Igneus *in l. Fidei commiſſum n. 232. ff. ad Sen. Syllan.* De Germania Köppen *deciſ. 43. n. 19.* Paurm. *de ju-*

Hodie remittendi neceſſitas non amplius eſt in uſu.

Sed Remiſſiones hodiè ſiunt jure amicitiæ ſub literis reverſalibus.

de juriſd. lib 2. c. 6. n. 106. Gail. *lib. 1. de pac. publ. ſ. c. 16. n. 13.* Covarruv. *d. l. n. 10* unde remiſſiones jam non niſi civilitatis, urbanitatis, jureque vicinitatis & amicitiæ fieri ſolent, ſub antigrapho tamen ſeu literis reverſalibus auff einen Revers und Gegenbekäntniß/ ipſius magiſtratus, aut domini remiſſionem petentis, quod videlicet hujusmodi remiſſio remittentis jurisdictioni non ſit futura nocumento, ſed ſine præjudicio, quodque ille, cui remiſſio fit, in ſimili idem facturus ſit, Rauchb. *dict. quæſt. 50. n. 25.* Carpzov. *d. quæſt.* 110. ubi inſimul adſtruit, etiam noſtris moribus remiſſionem neceſſariò faciendam eſſe, ſi nimirum in loco delicti delinquente deprehenſo, inquiſitio jam formata, cauſa criminalis ventilata & ſententia jam lata fuerit, iisque peractis reus aufugerit, ne ſcilicet proceſſu jam finito lata ſententia eludatur, & fruſtratoria reddatur. Prout ita in terminis anno 1626. à JCtis Facultatis Juridicæ Lipſienſis Johanni Georgio à Zehmen fuit reſponſum. Carpzov. *dict. quæſt. 110. n. 64.* confer Magnif. Dn. Richter *deciſ. 15. part. 1. n. 6.*

Interdum tamen & hodiè neceſſaria.

Præjudic.

Judex loci domicilij ex officio & per inquiſitionum delinquentem punire poteſt.

Th. XXX. Quod ſi judex loci domicilii à judice loci commiſſi delicti legitimè non fuerit præventus, delinquens à judice loci domicilii, ſi ibidem reperiatur, etiam ex officio & per inquiſitionem, abſque partis accuſatione, puniri poteſt, *per textum expreſſ. in l. 3. ff. de offic. præſid.* ubi generaliter dicitur; Præſidis officium eſſe, provinciam, cui præeſt, malis hominibus purgare: nec diſtinguitur, unde ſint. Accedit, quod domicilium Magiſtratui in delinquentem jurisdictionem tribuat, & quod multum interſit Reipubl. ne delicta impunita remaneant *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

l. 9.

l.9. §.5.ff. de publ. & vectig. vid. Cöler. *deciſ. 2.9.p.2.* Covarruv. *pract. quæſt. c.11.n.6. circ. fin.* ubi communiter receptam hanc ſententiam approbat, & præjudicio confirmat eam Carpzov. *in prax. crim. p.3. d. quæſt. 110. n.46.* his verbis: Ob nun wol ſolche Verbrechung in euren Gerichte nicht verübet worden / auch kein Kläger vorhanden / dieweil aber dennoch daſelbſt die Thäter anzutreffen ſeyn / ſo ſeyd ihr wider dieſelbigen / mit denen in dieſen Landen gewönlichen Inquiſition-Proceß gebührlichen zu verfahren / und ſie nach Befindung der Mißhandlung zu ſtraffen ſchuldig von R. W. Diſſ. Rol. à Vall. 2. *concluſ.* 19. Bald. *in l.1. C. de ædilit. action.* Salicet. *in l. ſervos 8. C. ad Leg. Jul. de vi.* Quorum ea eſt ratio, quod inquiſitio pertineat ad publicam vindictam, quæ judici domicilii minimè competere videtur, quoniam ex delicto nulla injuria huic Reipubl. facta eſt, ſed potius illi, intra cujus territorium delictum fuit perpetratum. Verùm hæc ratio, tanquam inſufficiens, meritò à Covarruv. *d. loc. rejicitur.* De mandante delictum quærunt Dd. ubinam puniendus ſit, vide Zœſ. *ad tit. de judic. n. 75.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. cap. 30. n. 36. & ſeqq.* Fachin. *lib. 9. contr. c. 25.* *Peretz. in Cod. ad l. 1. ubi de crimin.*

Hæc ſententia comm. recepta eſt.

Præjudic.

Diſſ. Rol. à Vall.

Ubi mandans delictum puniendus.

Th. XXXI. Hæc de modis ſortiendi forum ex jure communi; Quibus commodè accenſeri poteſt continentia vel connexitas cauſarum, quæ ab Imperatore *in l. nulli 10. C. de judic.* dividi prohibetur, ex ratione, ne vel Actor vel Reus in diverſis judiciis litigare eadem ſuper re invitus cogatur, cum non tantùm privatim, ſed publicè etiam interſit, lites finiri ac contrahi *l. 13. Cod. de judic.* & fruſtra fiat per plura, quod

Continentia cauſarum dividi prohibetur.

Ratio.

D fieri

fieri poteſt per pauciora *Weſenb. ad tit. de quib. reb. ad eund. judic.* Sunt autem cauſæ continentes, quæ ratione vel ſpecie ita conveniunt, ut commodè ſeparari, & una ſine altera plenè & liquidò cognoſci non poſſit Petr. Frid. Mindan. *lib. 3. de continent. cauſ. c. 2. n 5.* Jaſon. *in l. 3. & d. l. 10. de judic.* Id quod tribus potiſſimum modis (quamvis alii plures alii pauciores conſtituant Gail. *1. obſerv. 32.* Mindan. *d. lib. 3. c. 2. n. 4.*) contingit. Primò ob generalitatem actionis & cauſæ, per quam plures res & perſonæ diverſæ jurisdictionis ad unum & idem judicium trahuntur, ut, ſi plures ſint fratres ſub diverſis jurisdictionibus domicilium habentes, & inter eos lis, de communi hereditate adhuc indiviſa, oriatur, tunc non coram diverſis, ſed coram ſuperiore omnium judice, nimirum coram Imperatore vel in Camera Imperii conveniendi ſunt. Mindan. *d. tr. lib. 3 c. 4. n. 12. & cap. 3. n. 2. in fin.* Gail. 1. *obſerv. 32. n. 3. l. 1. ff. de quibus reb. ad eund:* Sic plures tutores & curatores ob unitatem cauſæ, tutelæ ſcilicet vel curæ coram uno judice rectè conveniuntur *l. 2. d. tit. l. 5. C. arbitr. tutel.* Eâdem ratione etiam duorum Principum ſubditi ob cauſæ continentiam in Camera conveniri poſſunt. Et hoc porrò procedit in judicio fin. regund. comm. divid. negotiorum geſtorum, in delicto à pluribus commiſſo, Carpzov. *lib. 2. tit. 2. reſp. 18. n. 3.* confer Mynſ. *cent. 1. obſ. 4.*

Quid cauſa continentes?

Quot modis fiunt.

Tribus potiſſimum.

1. Ob generalitatem actionis & cauſæ.

TH. XXXII. Secundo illud accidit ob aliquod præjudicium interveniens, ſine quo in principali cauſa procedi non poteſt, veluti eſt quæſtio *l. 1. C. de ordin. judic. l. 3. C. de judic.* cujusmodi coram eodem judice, qui de principali cauſa cognoſcere debet, movenda eſt,

2. Ob aliquod præjudicium interveniens.

quam-

quamvis ille aliàs de tali cauſa, ſeorſim in judicium deducta, cognoſcere non poſſit; *vid. Don. lib. 17. com. jur. civ. c. 9.* Aliud tamen in Camera obſervatum fuiſſe in cauſa Dn. Michaelis Gillis præpoſiti in Neuhauſen / & comitis de Leiningen. Item. Martini Iſicken contra Comitem de Hoherloe / refert. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 100.

TH. XXXIII. Tertio id contingit ob cognatam juris & facti tractationem faciliorem que cognitionem; cum videlicet unum judicium ita connexum ſit alteri, ut unum per alterum præparetur, ſicuti per poſſeſſorium præparatur petitorium *l. 13. C. de R. V. cap. 1. extra de cauſ. poſſeſſ.* Gail. *obſerv. 32. n. 11.* per interrogationes, quæ in jure olim fiebant, petitio Actoris, quò ſciat, quâ actione poſſit experiri *l. 11. C. de petit. hered.* Vel ut unum per alterum explicetur, quod fit, ſi quis ex eo agat negotio, quod plures producit actiones ſe invicem non conſumentes, ut ſunt: Actio furti & condictio furtiva *l. 7. §. 1. de condict. furtiv.* Johann. Gœd. *in repet. decret. tit. de ſequeſtr. fruct. c. 1. n. 29.* His ergò & ſimilibus caſibus ubi una actio inſtituta, ibi & altera inſtitui debet, quoniam judex de cauſa jam informatus faciliùs pariter & feliciùs quovis aliò, etiam alteram cauſam examinare atque decidere poteſt Gœd. *d. loc.* Et hoc non ſolùm in civilibus, verum etiam in criminalibus cauſis obtinet. Gail. *d. loc.*

3. Ob cognatam juris & facti tractationem.

Extenditur & ad cauſas criminales.

TH. XXXIV. Neceſſe autem eſt in omni cauſarum connexitate ſeu continentia, ut judex, qui aditur, ſit ſuperior, & ij, qui prætereuntur, judices ejus jurisdictioni aut ſint ſubjecti, aut eorum territoria, vel locus rei litigioſæ ad eundem ſpectent. Si enim unus illorum ei ſubjectus non eſt, neque ejus territori-

um aut locus rei litigioſæ ad judicem, qui aditur, pertinet, continentia cauſæ locum habere non poteſt. Et hoc eſt, quod vulgò tradunt Dd. continentiam cauſæ dividi debere, quotiescunque judex de tota cauſa omnibusvè Reis judicare non poteſt Menoch. *lib. 2. arbitr. judic quæſt. cent. 4. caſ. 371. n. 23.*

Propter cauſæ continentiam, laicus coram Eccleſiaſtico judice conveniri poteſt.

Th. XXXV. Illud hic notandum eſt, quod fundetur prima inſtantia ex cauſæ continentia coram ſuperiore judice, licet judicium inferius ſpeciali fruatur privilegio, modo in ſuperioris territorio fuerit ſitum. Unde judex Eccleſiaſticus, quamvis in laicum non habeat jurisdictionem, ſi tamen Clericus cum laico cauſam habet communem, actor utrumque coram judice Eccleſiaſtico convenire poteſt. Petr. Frid. Mindan. *lib. 3. de continent. cauſ. c. 4. n. 19.* Diſſ. Covarr. *pract. quæſt. 34. n. 2. per l. 10. ff. quemad. ſervit. amit.*

Quid moribus noſtris!

Moribus noſtris hæc connexitas cauſæ abrogata eſt, & quoad laicos judex laicus, quoad clericos judex eccleſiaſticus cognoſcit. Mindan. *d. loc. n. 22.* Gail. *obſ. 57. n. 18.*

Conjunctio cauſarum connexarum olim fuit neceſſitatis.

Th. XXVVI. Hæc conjunctio porro cauſarum connexarum quondam fuit neceſſitatis; Excell. Dn. Struve *exercit. 7. th. 32.* ita, ut judex ex officio actori, continentiam cauſæ divideri volenti, audientiam denegare, & inſuper pœnam arbitrariam cum refuſione expenſarum dictare potuerit. Mindan. *d. tr. c. 2. n. 3. in fin.* Sichard. *in d. l. 10. Cod. de judic.*

Hodiè non.

Hodiè vero pro lubitu eam conjungere vel diſtingvere actor valet, Reus tamen exceptionem continentiæ cauſæ pro more & natura exceptionum declinatoriarum ante litis conteſtationem opponere poteſt, per quam litis impedit

ingreſ-

ingreſſum, quà verò omiſsà proceſſus coram utroque judice factus erit validus Gail. *d. loc. in fin.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 97.* Mindan. *d. tr. c. 2. n. 9.*

TH. XXXVII. Et hæc de foro communi hactenus. Forum accedimus ſingulare, quod privilegio aliquo conceſſum eſt, vel Cauſis, de quibus apud peculiarem judicem eſt diſceptandum. Vel Perſonis, quæ non niſi coram certo judice conveniendæ ſunt. Inter Cauſas quæ ex privilegio certos judices habent, principio ocurrunt illæ, quæ ſunt de religionis & fidei articulis, de quibus Eccleſiaſtici tantum cognoſcunt *c. 3. extra de judic.* Scip. Gent. *lib. 3. de juriſdict. n. 15.* Carpzov. 1. *reſp. 86.* *Quid forum ſingulare? Cauſæ quæ ex privilegio certos judices habent.*

XXXVIII. His accenſentur cauſæ matrimoniales *c. 1. 13. extra de ſponſal. c. 1. extra de matrimon.* quæ tamen non ſimpliciter ad forum Eccleſiaſticum pertinent. Vel enim ſunt de ſubſtantia vinculi matrimonialis, ut: quando agitur de contrahendo vel diſſolvendo matrimonio; vel non ſunt, ſed tantum occaſione matrimonii oriuntur, cujusmodi ſunt quæſtiones: An filii legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudis. An ſponſa duorum pendente lite ſequeſtranda. An ſententia in cauſa matrimonii transeat in rem judicatam & an ab ea appellare liceat? quibus de vid. Gail. 1. *obſerv. 112. & lib. 2. obſerv. 45.* Prioris generis cauſæ ad Eccleſiaſticum; poſterioris verò ad ſecularem ſpectant judicem, Paurmeiſt. *de juriſdict. lib. 2. c. 4. n. 151.* Mindan. *de proceſſ. lib. 1. c. 10.* Hodiè per trans- *Cauſæ matrimoniales non ſimpliciter ad forum eccleſiaſticum pertinent.*

Hodie cauſa eccleſiaſtica coram conſiſtoriis tractantur. transactionem Paſſavienſem ſuspensâ jurisdictione Eccleſiaſtica in ditionibus Principium, qui Pontificis doctrinam ejurârunt, negotia ejusmodi Eccleſiaſtica coram his vel Conſiſtoriis eccleſiaſticis, quæ partim ex Theologis, partim ex JCtis conſtant, tractantur, receſſ. Imp. de anno 1555. §. damit auch obberührte.

Quis de feudalibus cognoſcit? TH. XXXIX. (2.) Occurrunt Feudales, quæ coram Domino, vel Paribus Curiæ diverſimodè tamen ventilantur *2. feud. 55. §. ult. 1. Feud. 21. princ. 1. Feud. 22.* §. *ult.* junge hoc de foro eleganter differentem Excell. Dn. Struv. *Syntagm. juris feud. exerc. ult. th. 4.* (3.) Cauſæ ſtatus *t. t. C. ubi cauſ. ſtat.* (4.) Cauſæ fiſcales quæ olim ad procuratorem Cæſaris ſpectabant *l. 5. C. ubi cauſ. Fiſc.* Hodie ad Cameram per procuratorem Fiſci (quem vulgò Fiſcalem Ambtsklåger vocant) conſilio & autoritate duorum Aſſeſſorum Cameralium deferuntur *lib. 2 Ordin. Camer. 20.*

Quis de cauſa ſtatus?

Quis de cauſis fiſcalibus? Hodie.

Diviſio privilegii perſonis conceſſi. TH. XL. Privilegium perſonis conceſſum vel privatum eſt per ſpeciale reſcriptum tributum, ut coram alio quis conveniri nequeat ob dignitatem perſonæ, vel ex gratia: Aut publicum, quod publicis legibus expreſſum eſt, vel in Corpore Juris, vel in Novellis Imperii Vultej. *in l. unic. C. in quib. cauſ. mil. for. præſcript. n. 6. & ſeqq.*

Privilegia in corpore juris expreſſa. TH. XLI. Privilegia in Corpore juris expreſſa competunt vel Actori, ut hujus forum Reus ſequi cogatur, quale (ut in principio dictum) habent miſerabiles perſonæ, item viduæ & pupilli, qui agentes reum inferiore judice præterito ad Imperatorem vocare poſſunt *l. unic. C. quando Imp. int. pupill. vel vid.* quod quidem hodie in Camera non obſervatur, ſed omiſſo medio

Competunt vel Actori.

medio ejuſmodi perſonis proceſſus non decernuntur: niſi in caſu denegatæ & protractæ juſtitiæ Gail. 1. *obſerv. 1. n. 40.* In Principum tamen judiciis adhuc attenditur, Carpz. 2. *reſp.* 19.

Th. XLII. Vel Reo, cui proprius & certi loci judex ita datur, ut ad eum alibi conventus revocari poſſit, quaſi modo (1.) Magiſtratus illuſtres & relati in *l. ult. C. ubi Senat. vel Clariſſ.* non niſi apud Principem vel ejus delegatum de crimine rectè conveniuntur. (2.) Milites apud Magiſtrum militarem, tam in civilibus, quàm criminalibus cauſis *l. 6. C. de juriſdict. omn. judic. l. 1. & 2. C. de offic. magiſtr. milit.* Vultej. *ad l. 6. C. de juriſdict. & ad l. 2. C. de ratiocin.* (3.) Clerici, cujuscunque ſint ordinis, qui juriſdictioni politicæ, ſive agatur criminaliter, ſive civiliter, prorſus exempti ſunt *c. ſi clericus, S. & cc. ſeq. c. 10. & ſeq. extra de for. comp* nec illi *ſe* ſponte jure canonico (ſecus ac jure civili *l. 51. C. de Epiſcop. & Cler. l. 29. C. de pact.*) ſubjicere poſſunt *c. 18. c. 12. de for. compet.* nonnullis caſibus exceptis, quibus & jure Canonico Clericus Laico judici ſubjicitur, ut (1.) in cauſis feudalibus ſecularibus *c. 7. extra de for. compet.* Marant. *diſt. 11. n. 75.* Gvido Pap. *deciſ. 139.* (2.) in cauſa reconventionis, Carpzov. *p. 1. conſtitut. 7. defin. 6. n. 2.* Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 1. §. 8. n. 29.* Chriſtin. *deciſ. Belgic. vol. 4. deciſ. 91. n. 7.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 67.* ubi dicit; quod hæc ſententia, ut cunque multum controverſa, crebriori calculo obtinuerit. (3.) in cauſis delictorum, in quibus ita occalluit clericus, ut ab Eccleſiaſtico judice nullò modo emendari poſſit, Ritterſhuſ. *de differ. jur. Civil. & Canon. lib. 5. c. 4. in fin.* Quid Pap. *deciſ. 562. confer.* Gail. 1. *obſerv. 37.* Umm. *diſp. 4. th. 6. n. 31.* (4.) In cauſa empt. & vendit. quà clericus ven-

Vel Reo.

Excipiuntur nonnulli caſus

quantumvis alibi domicilium habeant, nec ſint vagabundi *d. l.* 1. *Weſ. ad tit. de judic. n.* 16. Covarruv. *pract. quæſt.* 11. *n.* 7. Quam ſententiam etiam in praxi ſervari teſtatur Vultej. *in d. l.* 1. *n.* 40. Ferdinandus quoque Imp. in Comitiis Auguſtanis conſtituit, ut poſſint rei criminum conveniri ac puniri, ubicunque deprehendantur, etiamſi alibi deliquerint: ſicut plerumque ſolent prædones hinc inde ſine certis ſedibus & domicilio divagari. Excipiunt DD. reos criminis fractæ pacis, qui in Camera Imp. accuſari debent ad pœnam ordinationi inſertam *p.* 2. *tit.* 9. *ordinat. Camer.* Gail. 2. *obſerv.* 3.

Excip. Rei criminis fractæ pacis.

Th. XXVII. An verò in loco delicti etiam conveniri poſſit delinquens, ſit abſens ſit, non omnium eadem eſt ſententia. Affirmativè reſpondet Excell. Dn. Hahn *in obſerv. ad Weſenb. part.* 1. *pag.* 365. Excell. Dn. Struve *exercit.* 7. *th.* 24. *per l.* 3. *de re milit. l.* 28. §. 15. *de pœn. l. fin. de accuſat. cap. fin. de for. compet. Novell.* 134. *cap.* 4. & 5. quibus meritò ſubſcribimus. Nam judex delicti abſentem per ſubſidium iſtius jurisdictionis, ubi degit, vel ſi latitat, edicto publico in tribus diverſis trium dominorum territoriis affixo citare, & adverſus in termino præfixo non comparentem ad bannum procedere poteſt *d. Novell.* 134. *cap.* 5. Rauchb. *quæſt.* 50. *n.* 50. eſtque formula pronunciandi in terris Saxon. ejusmodi: Daß Ankläger den Angeklagten von wegen ſeines Ungehorſams biß auff Ehehafft in die Acht und Verfeſtung zu erklären/ erſtanden und erlanget hat von R. W. Zang. *de except. c.* 1. *p.* 2. *n.* 253. Quod tam in proceſſu criminali ordinario, quàm inquiſitorio ita obſervari, præſertim in fore Saxonico docet Carpzov. *part.* 3. *prax. crimin. quæſt.* 110. *n.* 7. Diſſ. Beſold. *differt. de* pro-

Qu. An in loco delicti conveniri poſſit delinquens, ſi abſens ſit?

Formula pronunciandi in foro Saxon.

Procedit in proceſſu ordinario & inquiſitorio.

Diſſent.

proteſt. judic. c. 2. th. 13. Hillig. ad Donell. 17. *comm. 16. lit. D.* Rauchb. *p. 1. quaeſt. 50. n. 10.* arbitrantes, tum demum judicem delicti contra abſentem delinquentem procedere poſſe, ſi citatio ipſi ante fugam vel diſceſſum fuerit inſinuata.

Jure civili reus ad magiſtratum delicti admiſſi remittendus eſt.

TH. XXVIII. Quin & judex ita requiſitus reum ad magiſtratum delicti admiſſi de jure Civili remittere debet *l. 7. §. fin. de accuſat. Novell. 134. c. 5. l. 7. de cuſtod. & exhib. reor.* ut ibi ad illius Reipubl. læſionem compenſandam inque aliorum exemplum puniatur. Vid. Zoeſ *de judic. n. 74.* Quod & in Electoratu Saxoniæ obſervatur vigore ſanctionis, quæ habetur inter Ordinat *provinc. ſub tit.* Daß man die Ubelthäter / ſo in den Aemptern verbrochen / oder entwenden / wiederum in die Aempter folgen ſoll laſſen. Quod verum, ſi videlicet judex delicti ſit ſimul ſuperior judicis habitationis Magiſtratus Rauchb. *p. 1. quaeſt 50. n. 26.* Et hæ remisſiones olim adeò neceſſariæ erant, ut, judice delicti id requirente, judex domicilii, licet ſe ipſum ad jus reddendum paratum dixerit, remisſionem declinare non potuerit, Carpzov. *in prax. crim. p. 3. quaeſt. 110. n. 48.* Zang. *de except. p. 2. c. 1. n. 247.* Covarruv. *practic. quaeſt. c. 11. n. 5.* ubi plenè remisſionis materiam tractat.

Quod etiam in Elect. Saxon. obſervatur.

Hodie remittendi necesſitas non amplius eſt in uſu.

TH. XXXI. Hodiè remittendi necesſitas, mutatô Reipubl. ſtatu, quo omnes provinciæ uni Imperatori ſubjectæ erant, ubivis ferè locorum in deſvetudinem abiit, Magnif. Dn. Richter *deciſ. 15.* De Italia teſtatur Jul. Clar. *lib. 5. ſentent. recept. §. ult. quaeſt. 38.* De Gallia Igneus *in l. Fidei commiſſum n. 232. ff. ad Sen. Syllan.* De Germania Köppen *deciſ. 43. n. 19.* Paurm.

de ju-

Sed Remiſſiones hodiè fiunt jure amicitiæ ſub literis reverſalibus.

de juriſd. lib 2. c. 6. n. 106. Gail. *lib. 1. de pac. publ. 5. c. 16. n. 13.* Covarruv. *d. l. n. 10* unde remiſſiones jam non niſi civilitatis, urbanitatis, jureque vicinitatis & amicitiæ fieri ſolent, ſub antigrapho tamen ſeu literis reverſalibus auff einen Revers und Gegenbekäntniß / ipſius magiſtratus, aut domini remiſſionem petentis, quod videlicet hujusmodi remiſſio remittentis juriſdictioni non ſit futura nocumento, ſed ſine præjudicio, quodque ille, cui remiſſio fit, in ſimili idem facturus ſit, Rauchb. *dict. quæſt. 50. n. 25.* Carpzov. *d. quæſt.* 110. ubi inſimul adſtruit, etiam noſtris moribus remiſſionem neceſſariò faciendam eſſe, ſi nimirum in loco delicti delinquente deprehenſo, inquiſitio jam formata, cauſa criminalis ventilata & ſententia jam lata fuerit, iisque peractis reus aufugerit, ne ſcilicet proceſſu jam finito lata ſententia eludatur, & fruſtratoria reddatur. Prout ita in terminis anno 1626. à JCtis Facultatis Juridicæ Lipſienſis Johanni Georgio à Zehmen fuit reſponſum. Carpzov. *dict. quæſt. 110. n. 64.* confer Magnif. Dn. Richter *deciſ. 15. part. 1. n. 6.*

Interdum tamen & hodiè neceſſaria.

Præjudic.

Judex loci domicilij ex officio & per inquiſitionum delinquentem punire poteſt.

Th. XXX. Quod ſi judex loci domicilii à judice loci commiſſi delicti legitimè non fuerit præventus, delinquens à judice loci domicilii, ſi ibidem reperiatur, etiam ex officio & per inquiſitionem, absque partis accuſatione, puniri poteſt, *per textum expreſſ. in l. 3. ff. de offic. præſid.* ubi generaliter dicitur; Præſidis officium eſſe, provinciam, cui præeſt, malis hominibus purgare: nec diſtinguitur, unde ſint. Accedit, quod domicilium Magiſtratui in delinquentem juriſdictionem tribuat, & quod multum interſit Reipubl. ne delicta impunita remaneant *l. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil.*

l. 9.

l.9.§.5.ff. de publ. & vectig. vid. Cöler. *deciſ. 2.9.p.2.* Covarruv. *pract. quæſt. c.11.n.6. circ. fin.* ubi communiter receptam hanc ſententiam approbat, & præjudicio confirmat eam Carpzov. *in prax. crim. p.3.d. quæſt. 110.n.46.* his verbis: Ob nun wol ſolche Verbrechung in euren Gerichte nicht verübet worden/ auch kein Kläger vorhanden/ dieweil aber dennoch daſelbſt die Thäter anzutreffen ſeyn/ ſo ſeyd ihr wider dieſelbigen/ mit denen in dieſen Landen gewönlichen Inquiſition-Proceß gebührlichen zu verfahren/ und ſie nach Befindung der Mißhandlung zu ſtraffen ſchuldig von R. W. Diſſ. Rol. à Vall. 2. *concluſ.* 19. Bald. *in l.1. C. de ædilit. action.* Salicet. *in l. ſervos 8. C. ad Leg. Jul. de vi.* Quorum ea eſt ratio, quod inquiſitio pertineat ad publicam vindictam, quæ judici domicilii minimè competere videtur, quoniam ex delicto nulla injuria huic Reipubl. facta eſt, ſed potius illi, intra cujus territorium delictum fuit perpetratum. Verùm hæc ratio, tanquam inſufficiens, meritò à Covarruv. *d. loc. rejicitur.* De mandante delictum quærunt Dd. ubinam puniendus ſit, vide Zœſ. *ad tit. de judic. n. 75.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. cap. 30. n. 36. & ſeqq.* Fachin. *lib. 9. contr. c. 25. Peretz. in Cod. ad l. 1. ubi de crimin.*

Hæc ſententia comm. recepta eſt. *Præjudic.* *Diſſ. Rol. à Vall.* *Ubi mandans delictum puniendus.*

TH. XXXI. Hæc de modis ſortiendi forum ex jure communi; Quibus commodè accenſeri poteſt, continentia vel connexitas cauſarum, quæ ab Imperatore *in l. nulli 10. C. de judic.* dividi prohibetur, ex ratione, ne vel Actor vel Reus in diverſis judiciis litigare eadem ſuper re invitus cogatur, cum non tantùm privatim, ſed publicè etiam interſit, lites finiri ac contrahi *l. 13. Cod. de judic.* & fruſtra fiat per plura, quod

Continentia cauſarum dividi prohibetur. *Ratio.*

 fieri

quamvis ille aliàs de tali cauſa, ſeorſim in judicium deducta, cognoſcere non poſſit; *vid. Don. lib.* 17. *com. jur. civ. c.* 9. Aliud tamen in Camera obſervatum fuiſſe in cauſa Dn. Michaelis Gillis præpoſiti in Neuhauſen / & comitis de Leiningen. Item. Martini Iſicken contra Comitem de Hohenloe / refert. Mynſ. *cent.* I. *obſ.* 100.

3. Ob cognatam juris & facti tractationem.

TH. XXXIII. Tertio id contingit ob cognatam juris & facti tractationem facilioremque cognitionem; cum videlicet unum judicium ita connexum ſit alteri, ut unum per alterum præparetur, ſicuti per poſſeſſorium præparatur petitorium *l.* 13. *C. de R. V. cap.* 1. *extra de cauſ. poſſeſſ.* Gail. *obſerv.* 32. *n.* 11. per interrogationes, quæ in jure olim fiebant, petitio Actoris, quò ſciat, quâ actione poſſit experiri *l.* 11. *C. de petit. hered.* Vel ut unum per alterum explicetur, quod fit, ſi quis ex eo agat negotio, quod plures producit actiones ſe invicem non conſumentes, ut ſunt: Actio furti & condictio furtiva *l.* 7. §. 1. *de condict. furtiv.* Johann. Gœd. *in repet. decret. tit. de ſequeſtr. fruct. c.* 1. *n.* 29. His ergò & ſimilibus caſibus ubi una actio inſtituta, ibi & altera inſtitui debet, quoniam judex de cauſa jam informatus facilius pariter & felicius quovis aliò, etiam alteram cauſam examinare atque decidere poteſt Gœd. *d. loc.* Et hoc non ſolùm in civilibus, verum etiam in criminalibus cauſis obtinet. Gail. *d. loc.*

Extenditur & ad cauſas criminales.

TH. XXXIV. Neceſſe autem eſt in omni cauſarum connexitate ſeu continentia, ut judex, qui aditur, ſit ſuperior, & ij, qui prætereuntur, judices ejus juriſdictioni aut ſint ſubjecti, aut eorum territoria, vel locus rei litigioſæ ad eundem ſpectent. Si enim unus illorum ei ſubjectus non eſt, neque ejus territori-

um aut locus rei litigioſæ ad judicem, qui aditur, pertinet, continentia cauſæ locum habere non poteſt. Et hoc eſt, quod vulgò tradunt Dd. continentiam cauſæ dividi debere, quotiescunque judex de tota cauſa omnibusvè Reis judicare non poteſt Menoch. *lib. 2. arbitr. judic quæſt. cent. 4. caſ. 371. n. 23.*

Propter cauſæ continentiam, laicus coram Eccleſiaſtico judice conveniri poteſt.

TH. XXXV. Illud hic notandum eſt, quod fundetur prima inſtantia ex cauſæ continentia coram ſuperiore judice, licet judicium inferius ſpeciali fruatur privilegio, modo in ſuperioris territorio fuerit ſitum. Unde judex Eccleſiaſticus, quamvis in laicum non habeat jurisdictionem, ſi tamen Clericus cum laico cauſam habet communem, actor utrumque coram judice Eccleſiaſtico convenire poteſt. Petr. Frid. Mindan. *lib. 3. de continent. cauſ. c. 4. n. 19.* Diſſ. Covarr. *pract. quæſt. 34. n. 2. per l. 10. ff. quemad. ſervit. amit.* Moribus noſtris hæc connexitas cauſæ abrogata eſt, & quoad laicos judex laicus, quoad clericos judex eccleſiaſticus cognoſcit. Mindan. *d. loc. n. 22.* Gail. *obſ. 57. n. 18.*

Quid moribus noſtris!

Conjunctio cauſarum connexarum olim fuit neceſſitatis.

TH. XXVVI. Hæc conjunctio porro cauſarum connexarum quondam fuit neceſſitatis; Excell. Dn. Struve *exercit. 7. th. 32.* ita, ut judex ex officio actori, continentiam cauſæ divideri volenti, audientiam denegare, & inſuper pœnam arbitrariam cum refuſione expenſarum dictare potuerit. Mindan. *d. tr. c. 2. n. 3. in fin.* Sichard. *in d. l. 10. Cod. de judic.* Hodiè vero pro lubitu eam conjungere vel diſtingvere actor valet, Reus tamen exceptionem continentiæ cauſæ pro more & natura exceptionum declinatoriarum ante litis conteſtationem opponere poteſt, per quam litis impedit ingreſ-

Hodiè non.

ingreſſum, quâ verò omiſsâ proceſſus coram utroque judice factus erit validus Gail. *d. loc. in fin.* Myníing. *cent. 1. obſerv. 97.* Mindan. *d. tr. c. 2. n. 9.*

TH. XXXVII. Et hæc de foro communi hactenus. Forum accedimus ſingulare, quod privilegio aliquo conceſſum eſt, vel Cauſis, de quibus apud peculiarem judicem eſt diſceptandum. Vel Perſonis, quæ non niſi coram certo judice convenienda ſunt. Intèr Cauſas quæ ex privilegio certos judices habent, principio ocurrunt illæ, quæ ſunt de religionis & fidei articulis, de quibus Eccleſiaſtici tantum cognoſcunt *c. 3. extra de judic.* Scip. Gent. *lib. 3. de jurisdict. n. 15.* Carpzov. 1. *reſp. 86.*

Quid forum ſingulare?

Cauſa quæ ex privilegio certos judices habent.

XXXVIII. His accenſentur cauſæ matrimoniales *c. 1. 13. extra de ſponſal. c. 1. extra de matrimon.* quæ tamen non ſimpliciter ad forum Eccleſiaſticum pertinent. Vel enim ſunt de ſubſtantia vinculi matrimonialis, ut: quando agitur de contrahendo vel diſſolvendo matrimonio; vel non ſunt, ſed tantum occaſione matrimonii oriuntur, cujusmodi ſunt quæſtiones: An filii legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudis. An ſponſa duorum pendente lite ſequeſtranda. An ſententia in cauſa matrimonii transeat in rem judicatam & an ab ea appellare liceat? quibus de vid. Gail. 1. *obſerv. 112. & lib. 2. obſerv. 45.* Prioris generis cauſæ ad Eccleſiaſticum; poſterioris verò ad ſecularem ſpectant judicem, Paurmeiſt. *de jurisdict. lib. 2. c. 4. n.* 151. Mindan. *de proceſſ. lib. 1. c. 10.* Hodiè per

Cauſæ matrimoniales non ſimpliciter ad forum eccleſiaſticum pertinent.

 trans-

um aut locus rei litigioſæ ad judicem, qui aditur, pertinet, continentia cauſæ locum habere non poteſt. Et hoc eſt, quod vulgò tradunt Dd. continentiam cauſæ dividi debere, quotiescunque judex de tota cauſa omnibusvè Reis judicare non poteſt Menoch. *lib. 2. arbitr. judic quæſt. cent. 4. caſ. 371. n. 23.*

Propter cauſæ continentiam, laicus coram Eccleſiaſtico judice conveniri poteſt.

Th. XXXV. Illud hic notandum eſt, quod fundetur prima inſtantia ex cauſæ continentia coram ſuperiore judice, licet judicium inferius ſpeciali fruatur privilegio, modo in ſuperioris territorio fuerit ſitum. Unde judex Eccleſiaſticus, quamvis in laicum non habeat jurisdictionem, ſi tamen Clericus cum laico cauſam habet communem, actor utrumque coram judice Eccleſiaſtico convenire poteſt. Petr. Frid. Mindan. *lib. 3. de continent. cauſ. c. 4. n. 19.* Diff. Covarr. *pract. quæſt. 34. n. 2. per l. 10. ff. quemad. ſervit. amit.* Moribus noſtris hæc connexitas cauſæ abrogata eſt, & quoad laicos judex laicus, quoad clericos judex eccleſiaſticus cognoſcit. Mindan. *d. loc. n. 22.* Gail. *obſ. 57. n. 18.*

Quid moribus noſtris!

Conjunctio cauſarum connexarum olim fuit neceſſitatis.

Th. XXVVI. Hæc conjunctio porro cauſarum connexarum quondam fuit neceſſitatis; Excell. Dn. Struve *exercit. 7. th. 32.* ita, ut judex ex officio actori, continentiam cauſæ divideri volenti, audientiam denegare, & inſuper pœnam arbitrariam cum refuſione expenſarum dictare potuerit. Mindan. *d. tr. c. 2. n. 3. in fin.* Sichard. *in d. l. 10. Ced. de judic.* Hodiè vero pro labitu eam conjungere vel diſtingvere actor valet, Reus tamen exceptionem continentiæ cauſæ pro more & natura exceptionum declinatoriarum ante litis conteſtationem opponere poteſt, per quam litis impedit ingreſ-

Hodiè non.

ingreſſum, quà verò omiſsâ proceſſus coram utroque judice factus erit validus Gail. *d. loc. in fin.* Myning. *cent. 1. obſerv. 97.* Mindan. *d. tr. c. 2. n. 9.*

TH. XXXVII. Et hæc de foro communi hactenus. Forum accedimus ſingulare, quod privilegio aliquo conceſſum eſt, vel Cauſis, de quibus apud peculiarem judicem eſt diſceptandum. Vel Perſonis, quæ non niſi coram certo judice conveniendæ ſunt. Inter Cauſas quæ ex privilegio certos judices habent, principio ocurrunt illæ, quæ ſunt de religionis & fidei articulis, de quibus Eccleſiaſtici tantum cognoſcunt *c. 3. extra de judic.* Scip. Gent. *lib. 3. de juriſdict. n. 15.* Carpzov. 1. *reſp. 86.*

Quid forum ſingulare?

Cauſæ quæ ex privilegio certos judices habent.

XXXVIII. His accenſentur cauſæ matrimoniales *c. 1. 13. extra de ſponſal. c. 1. extra de matrimon.* quæ tamen non ſimpliciter ad forum Eccleſiaſticum pertinent. Vel enim ſunt de ſubſtantia vinculi matrimonialis, ut: quando agitur de contrahendo vel diſſolvendo matrimonio; vel non ſunt, ſed tantum occaſione matrimonii oriuntur, cujusmodi ſunt quæſtiones: An filii legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in feudis. An ſponſa duorum pendente lite ſequeſtranda. An ſententia in cauſa matrimonii transeat in rem judicatam & an ab ea appellare liceat? quibus de vid. Gail. 1. *obſerv. 112. & lib. 2. obſerv. 45.* Prioris generis cauſæ ad Eccleſiaſticum; poſterioris verò ad ſecularem ſpectant judicem, Paurmeiſt. *de juriſdict. lib. 2. c. 4. n. 151.* Mindan. *de proceſſ. lib. 1. c. 10.* Hodiè per

Cauſæ matrimoniales non ſimpliciter ad forum eccleſiaſticum pertinent.

Hodie cauſa eccleſiaſtica coram conſiſtoriis tractantur. transactionem Paſſavienſem ſuspenſâ jurisdictione Eccleſiaſtica in ditionibus Principium, qui Pontificis doctrinam ejurârunt, negotia ejusmodi Eccleſiaſtica coram his vel Conſiſtoriis eccleſiaſticis, quæ partim ex Theologis, partim ex JCtis conſtant, tractantur, receſſ. Imp. de anno 1555. § Damit auch obberührte.

Quis de feudalibus cognoſcit? TH. XXXIX. (2.) Occurrunt Feudales, quæ coram Domino, vel Paribus Curiæ diverſimodè tamen ventilantur *2. feud. 55. §. ult. 1. Feud. 21. princ. 1. Feud. 22. §. ult.* junge hoc de foro eleganter differentem Excell. Dn. Struv. *Syntagm. juris feud. exerc. ult. th. 4.* (3.) *Quis de cauſa ſtatus?* Cauſæ ſtatus *t. t. C. ubi cauſ. ſtat.* (4.) *Quis de cauſis fiſcalibus? Hodie.* Cauſæ fiſcales quæ olim ad procuratorem Cæſaris ſpectabant *l. 5. C. ubi cauſ. Fiſc.* Hodie ad Cameram per procuratorem Fiſci (quem vulgò Fiſcalem Ambtsklâger vocant) conſilio & autoritate duorum Aſſeſſorum Cameralium deferuntur *lib. 2 Ordin. Camer. 20.*

Diviſio privilegii perſonis conceſſi. TH. XL. Privilegium perſonis conceſſum vel privatum eſt per ſpeciale reſcriptum tributum, ut coram alio quis conveniri nequeat ob dignitatem perſonæ, vel ex gratia: Aut publicum, quod publicis legibus expreſſum eſt, vel in Corpore Juris, vel in Novellis Imperii Vultej. *in l. unic. C. in quib. cauſ. mil. for. preſcript. n. 6. & ſeqq.*

Privilegia in corpore juris expreſſa. TH. XLI. Privilegia in Corpore juris expreſſa competunt vel Actori, ut hujus forum Reus ſequi cogatur, quale (ut in principio dictum) habent miſerabiles perſonæ, item viduæ & pupilli, qui agentes *Competunt vel Actori.* reum inferiore judice præterito ad Imperatorem vocare poſſunt *l. unic. C. quando Imp. inc. pupill. vel vid.* quod quidem hodie in Camera non obſervatur, ſed omiſſo medio

medio ejusmodi perſonis proceſſus non decernuntur: niſi in caſu denegatæ & protractæ juſtitiæ Gail. 1. *obſerv.* 1. *n.* 40. In Principum tamen judiciis adhuc attenditur, Carpz. 2. *reſp.* 19.

Th. XLII. Vel Reo, cui proprius & certi loci judex ita datur, ut ad eum alibi conventus revocari poſſit, quali modo (1.) Magiſtratus illuſtres & relati in *l. ult. C. ubi Senat. vel Clariſſ.* non niſi apud Principem vel ejus delegatum de crimine rectè conveniuntur. (2.) Milites apud Magiſtrum militarem, tam in civilibus, quàm criminalibus cauſis *l. 6. C. de jurisdict. omn. judic. l. 1. & 2. C. de offic. magiſtr. milit.* Vultej. *ad l. 6. C. de jurisdict. & ad l. 2. C. de ratiocin.* (3.) Clerici, cujuscunque ſint ordinis, qui jurisdictioni politicæ, ſive agatur criminaliter, ſive civiliter, prorſus exempti ſunt *c. ſi clericus, 8. & cc. ſeq. c. 10. & ſeq. extra de for. comp* nec illi *ſe* ſponte jure canonico (ſecus ac jure civili *l. 51. C. de Epiſcop. & Cler. l. 29. C. de pact.*) ſubjicere poſſunt *c. 18. c. 12. de for. compet.* nonnullis caſibus exceptis, quibus & jure Canonico Clericus Laico judici ſubjicitur, ut (1.) in cauſis feudalibus ſecularibus *c. 7. extra de for. compet.* Marant. *diſt. 11. n. 75.* Gvido Pap. *deciſ. 139.* (2.) in cauſa reconventionis, Carpzov. *p. 1. conſtitut. 7. defin. 6. n. 2.* Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 1. §. 8. n. 29.* Chriſtin. *deciſ. Belgic. vol. 4. deciſ. 91. n. 7.* Mynſing. *cent. 1. obſerv. 67.* ubi dicit; quod hæc ſententia, ut cunque multum controverſia, crebriori calculo obtinuerit. (*3.*) in cauſis delictorum, in quibus ita occalluit clericus, ut ab Eccleſiaſtico judice nullò modo emendari poſſit, Rittershuſ. *de differ. jur. Civil. & Canon. lib. 5. c. 4. in fin.* Quid Pap. *deciſ. 562. confer.* Gail. 1. *obſerv.* 37. Umm. *diſp. 4. th. 6. n. 31.* (4.) In cauſa empt. & vendit. quâ clericus

Vel Reo.

Excipiuntur nonnulli caſus

ven-

venditor forum emptoris ſequi tenetur, hoc eſt, judicis ſecularis & non Eccleſiaſtici quia merus & neceſſarius emptoris defenſor eſt Covarruv. *practic. quæſt. c. 8. n. 3.* Gail. *d. obſerv. 37. n. 7.* qui hanc opinionem in Camera eſſe receptam teſtatur.

Judex Profeſſorum & ſtudioſorum.

Th. XLIII. Facultatum quoque Profeſſores, quos vocant, cum uxoribus, liberis totaque familia & ſtudioſi ſingularem *ex Auth. habita. C. ne filius pro patre*, judicem habent. Non tamen de contractibus alibi, quàm ubi bonis literis operam navant, initis, nec delicto alibi commiſſo coram eo conveniri poſſunt; arg. *l. unic. C. in quib. cauſ. mil. for. præſcript.* Excell. Dn. Srruve *d. exercit. noviſſ. 9. th. 25.* ſed, ſi conveniantur, domum revocandi jus habent, Magnif. Dn. Frantzk. *lib. 1. reſolut. 16. n. 68. n. 39. & n. 22.* Salicet. *in l. 2. C. de Incol. n. 1. in fin.* Matth. Stephan. *lib. 3. p. 2. de jurisdict. c. 12. n. 55. & ſeqq.* Cöler. *de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. n. 7.* *Diſſ.* cum Donell. 17. *comm. 20. Umm. diſput. 4. th. 12. n. 66.*

Studioſi interdum jus revocandi domum habent.

Diſſ. Donell.

Cognitio Rectoris Academiæ in criminalibus.

Th. XLIV. Quæritur autem, An Rector Academiæ etiam in criminalibus ex dict. Auth. ſit competens judex? Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 2. §. 3. in fin.* & Umm. *dict. diſp. 4. th. 12. n. 66.* affirmant, & jurisdictionem criminalem ſeu merum imperium Rectori Academiæ tribuunt, quos probant & ſequuntur Accurſ. Bartol. *ad dict. & Auth.* & Scip. Gent. *lib. 3. de jurisdict. c. 17.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 3. p. 2. c. 12. n. 109. & ſeqq.* Alii negant, *vid.* gloſſ. *in d. auth. verb. ſi litem, ibiq. Dd. communiter*, Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 18. de Republ. c. 10. n. 2.* Matth. Stephan. *d. loc. n. 97. & ſeqq.* Quicquid ſit, non malè videntur loqui, qui hoc tem-

pore

Digitized by Google

pore inanem eſſe hanc contentionem dicunt, ſiquidem privilegia ita hodie reguntur, uti uſus & Principum voluntas, qui Academias fundârunt, definivit, Matth. Stephan. *dict. loc. n. 80. & n. 130.* Sic Tübingenſi Academiæ tributum jus gladii Sichard. *ad d. auth. n. 22.* De Ingolſtadienſi teſtatur Scip. Gent. *lib. 3. de jurisdict. c.* 17. De Gryphiswaldenſi Matth. Stephan. *d. tr. lib. 3. p. 2. c. 1. n. 13. & cap. 12. n.* 116. quam cum omnimoda jurisdictione mero & mixto imperio fundatam perhibet. De Lipſienſi Andr. Gerh. *in diſput. ad dict. auth. quæſt. 22.* Hoc inſuper peculiare notat Frider. Penſold. *in addit. ad decis. Matth. Cöler.* 296. ut non tantùm in civitate Lipſia deprehenſi, ſed & extra ad tres dies à Magiſtratu loci capti, Rectori avocanti, cognoſcendi puniendique remitti debeant. Sunt etiam, qui idem de Heidelbergenſi affirmant, Quirin. Kubach *cent. 3. quæſt. illuſtr. quæſt. 10.* Thom. Zwing. *in theat. vit. hum. vol. 26. lib. unic. pag.* 1469. pro hujus privilegii obſervantia exſtat illuſtre præjudicium Lutetiæ Pariſiorum, ubi anno 1403. Præfectus urbi duo Scholares, ſuâ ſententia condemnatos & ſuſpenſos, de furca tollere, defunctos oſculari & honorificè ſepeliri coactus eſt; uti ex monumenti perpetuæ memoriæ cauſa, defunctis, in cœnobio Mathurinorum ibidem exſtructo inſcriptione cernitur Zwing. *d. loc.* De Academia Leudenſi notandum, quòd Studioſi tale habeant privilegium, ut ipſis etiam agentibus Rei, quantumvis exteri, teneantur ſequi forum Rectoris, ut refert Donell. *lib. 17. comm. 20.* De Bononienſi Academia in Italia idem teſtantur *Dd.* quam tamen re-

Præjudicium.

E nun-

Digitized by Google

oder Römiſcher König gegenwärtig iſt. Confer Reink. *d. tr. lib. 1. claſſ. 4. c. 5.*

Th. XLVI. Oppidò autem notandum hic eſt, licet Imperator ipſe obligatus ſit, nihilominus tamen ob Majeſtatem & reverentiam, non Imperator, ſed ejus Fiſcalis impetitur *arg. l. 3. C. de quadrienn. præſcript.* Anton. Hering. de fidejuſſ. *c. 7. n. 218.* quod ita etiam in praxi obſervari docet Alciat. *reſponſ. 28. n. 10. lib. 6.* Unde autem hanc poteſtatem habeat Palatinus, Doctores non conveniunt; Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo de Rom. Imp. lib. 2. cap. 10.* arbitratur, quod à data olim in palatio Principis judicandi poteſtate id retinuerit Palatinus, quæ ſententia etiam arridet Excellentiſſ. Domino Doct. Strauchio P. P. hujus loci celeberrimo *diſp. noviſſimè edita 3. de trium ſecular. Imperat. contr. circ. elect. Imp.*

Praxis.

Origo poteſtatis Electoris Palatini.

Th. XLVII. Deciſio hæc A. B. *c. 5.* quamvis verbis indefinitis concepta ſit, ad cauſas tamen criminales, & quando Imperator ob malè adminiſtratum Imperium accuſatur, extendenda non eſt, in his enim non ad Palatinum tantùm, ſed ad totum collegium Electorale negotium pertinet Domin. Arum. *ad A. B. c. 5. th. 45.* Vultej. *add. l. 1. C. ubi Senator.* patet hoc quoque ex ſententia exauctorationis & privationis Wenceslai Imperatoris ab Electoribus Imperi lata; & anno 1410. d. Auguſt. publicata, ad Rheni ripam non procul ab oppido Lonſtein tribunali excitato; Marquard Freher. *d. l. 5. c. 2.* quâ omnia ejus privilegia & reſcripta caſſata, Mynſ. *conſ. 19. n. 6* verba abdicationis, quibus uſus Johannes Elector Mogun-

Except.

Præjudicium.

 tinus

tinus nomine ſuorum Cœlectorum invenire licet apud Urſtiſ. *tom. 2. hiſtor. illuſtr. in fin. pag. 166.*

In cauſis feudalibus non Palatinus ſed Pares Curiæ cognoſcunt.

TH. XLVIII. Simili modo ſe res habet in cauſis feudalibus, de quibus, ſi controverſia inter Imperatorem & Vaſallum oriatur, non Palatinus, ſed pares Curiæ cognoſcunt *d. c. 1. §. præterea ult. 2. feud. c. 1. de probib. feud. alienat. 2. feud.* 15. Schrad. de feud. *part. 10. ſect. 5. n. 40.* Roſenthal. *Synopt. feud. c. 12. c. 3. n. 14.* Nec repugnat Aureæ Bullæ *c. 5.* Conſtitutio enim, quâ Patribus Curiæ, lite inter dominum & vaſallum motâ, cognitio tribuitur, ſpecialior & antiquior eſt conſtitutione Caroli IV. quæ nullam mentionem facit cauſarum feudalium; lex autem vel conſtitutio generalis non derogat juri ſive conſtitutioni ſpeciali *l. in toto 80. ibique Dd. de R. J.* etiamſi ſpecialis præcedat generalem, Reinking. *d. tr. lib. 1. claſſ. 4. c. 5. n. 2.* & ita Dd. communiter ſentiunt vid. Spreng. *in Synopſ. jur. publ. pag. 279.* Diſſ. Georg. Obrecht. *diſp. feud. 2. th. 70.* Sixtin. *lib. 2. de regalib. c. 8. n. 52.*

Non obſtat A. B.

Quæſtio.

Sed quis judex erit competens, ſi domino cum extraneo aut extraneo cum Vaſallo res & controverſia ſit? Et quoniam hic caſus jure feudali deciſus non reperitur, meritò civile ſequimur, dicentes: judicem competentem illum eſſe, qui aliàs adiri potuiſſet, ſi cauſa feudalis non fuiſſet *arg. 2. feud. 1. §. ſtrenuus.* Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 1. §. 8. n. 4. in fin.*

Imperii Romano-Germanici ordines.

TH. XLIX. Cæterum in Imperio Romano-Germanico tres ſunt ordines in (1.) Electores, Principes ac principali dignitate fulgentes, Churfürſten / Fürſten und Fürſtmäßige / *Ordin. Cam. p. 2. tit. 2.* In (2.) or-

(3.) ordine ſunt Prælati, Comites, Barones, Domini, Nobiles & Civitates, qui quæve immediatè Imperio ſubjiciuntur *p. 2. Ordin. Cam. rubr. tit. 4.* Gilhauſ. *d. loc. n. 3.* In (3.) qui mediatè Imperio ſubjecti, vulgò die Landſaſſen. Et hi ultimi coram ſuo ordinario judice regulariter conveniendi ſunt, *Ordin. Cam. p. 2. tit. 1. & 5.*

TH. L. Primi ordinis perſonæ, licet immediatè Imperio ſubſint, non tamen in Camera Imperiali ſtatim conveniri queunt, ſed ſemper fruuntur privilegio primarum inſtantiarum der Außträge/ dieweil die Reichsſtände ihre habende Streitigkeiten von denſelben austragen/ Ordin. Cam. *d. loc.* Sive conveniantur à ſuis ordinis perſonis, ſive ab aliis, qui ſunt ſecundi vel tertii ordinis ordin. Cam. *part. 2. tit. 2.* Mynſ. 5. *obſerv. 1.* Gail. 1. *obſerv. 1. n. 17. & ſeqq.* Reinking. *d. tr. lib. 2. claſſ. 2. c. 16. n. 13.* *Primi ordinis perſonæ ſemper fruuntur beneficio primarum inſtantiarum.*

TH. LII. Sunt autem Auſtregæ judicia, in quibus certorum ordinum res controverſæ, in prima inſtantia, juxta formam & modum ordinationis Imperii examinantur & deciduntur, Dn. Juſtus Schütz *in Colleg. publ. de ſtat. Rei Rom. vol. 2. diſſ. 3. pag. 77. 101. & ſeqq.* Gilhauſ. *in arbor. judic. c. 1. p. 1.* §. 8. qui etiam modos primarum inſtantiarum enarrat. Ex quibus duo ut plurimum in praxi exercentur. Primus de nominandis tribus à Reo, ſuper hoc requiſito, Principibus. Secundus de impetrando per Actorem Cæſareo Commiſſario Schwanman. *in proceſſ. Cam. lib. c. 3. n. 8.* ubi quoque cautelam pro Actore tradit. Confer. Gilhauſ. *d. loc. n. 7.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. p. 1. c. 3. n. 39.* *Quid Auſtregæ.* *Modi qui in praxi exercentur.*

 TH. LIII.

Digitized by Google

Secundi ordinis perſonæ duobus tantum modis gaudent auſtregis.

Civitates Imperiales Cameram ſequi tenentur.

TH. LII. Secundi ordinis perſonæ duobus tantùm modis Auſtregis gaudent, (1.) quando à primi ordinis perſonis in jus vocantur, (2.) quando à ſui ordinis perſonis conveniuntur Cammergerichts-Ordnung / *part. 2. tit. 2. 3. 4. 5. & 27.* Hîc excluduntur Civitates Imperiales, quæ, licet immediatè imperio ſubjectæ ſint, ſtatibusq; Imperii annumerentur, ſi ſecundi ordinis perſonis dicam ſcribere velint, non Auſtregas, ſed Cameram ſequi tenentur, ſicut & omnes mediatè ſubjecti, ſi ſecundi ordinis perſonas convenire intendant, Mindan. *de proceſſ. c. 18. num. 4. in fin.*

Præjudicium.

Gail. 1. *obſerv. 1. n. 17. & c. 46.* Et ita Comiti de Hohenloh / cum à Civitate Imperiali Winsheimb in Camera conveniretur, exceptionem privilegiati fori opponenti, beneficium Auſtregarum denegatum fuiſſe, teſtis eſt Mindan. *d. loc. n. 4*

TH. LIII. Ipſæ quoque Civitates Imperiales, ſi judicio pulſentur, quoniam in ordin. Camer. nihil ſpecialiter de iis expreſſum & deciſum reperitur, jus auſtregarum non habent, ſed in Camera conveniri

Præjudicium.

debent, veluti judicatum fuit in cauſa Sachſen Lawenberg contra Lübeck / Maynz contra Erffurth / Mechelburg contra Roſtock / Mynſ. *cent. 5. obſerv. 1.* Gail. 1. *obſ. 1.* Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 19. n. 21. in fin.* Dn. Ziegler *ad concl. Calvoli* §. *auſtregæ p. 59. n. 49.* Diſſ.

Diſſ. Fichard.

Fichard. *in conſil. 129. in 3. quæſt. p. 2.* dicens: quòd Principes etiam Civitatem imperialem, juxta auſtregas a. *Ordin. tit. 3.* convenire poſſint, ne duriorem cauſam habère videantur reſp. civitatum imperialium, quam Prælatorum, Comitum, Baronum & Nobi-

lium

Digitized by Google

lium. Verùm hæc ratio tanti non eſt, ut priorem opinionem infringere poſſit.

Civitates quædam ſingulares judices habent.

TH.LIV. Quædam tamem civitates ſingulari privilegio vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares judices (ſonderliche Außträge) & ſic alibi primam inſtantiam habent, Umm. *diſp. 4. ad proceſſ. th. 7. n.* 48. Bocer. *claſſ. 6. diſp. 2. th. 88.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 3. membr. 3. n. 38.* Dn. Ziegl. *d. tr. p. 58. n. 48.* Mindan. *d. loc.* Ita Eßlingen ſuos habet primæ inſtantiæ judices, conſules & ſenatum civitatum Ulm / Reitlingen und Heilbrun / Dünckelſpiel ihren Stadt Ambtmann / qui quatuor ſibi adjungit judices ex civitatibus Nördlingen / Rotenburg an der Tauber / Schwäbiſchen Hall / und Schwäbiſchen Werth / Nürnberg / Weinheimb und Weiſenburg am Nordgaw. Regenſpurg in cauſis civitatis agnoſcit Außpurg / Nürnberg und Ulm / Mühlhauſen / primam inſtantiam habet, ſi à ſuis civibus vel ſubditis conveniatur, coram tribus ordinibus Senatorum. Straßburg judices primæ inſtantiæ habet Baſel / Wurms und Ulm. Gail. 1. *obſerv. 1.* Limnæus *lib. 9. c. 5. n. 16.* Umm. *d. diſp. 4. th. 9. n. 48.* Matth. Stephan. *lib. 2. p. 1. c. 3. membr. 3. n. 38.*

Aula Imper. cum Auſtregis ordinat. non concurrit.

TH. LV. Obſervandum hic eſt, ne poſterioris generis Auſtregæ, quæ ſcilicet ex ſingulari privilegio aut longiſſimi temporis præſcriptione competunt, cum Auſtregis primi generis confundantur, has enim & Aulam Cæſaris excludere, illas verò cum eadem concurrere, refert Reinking. *d. tr. lib. 2. claſſ. 2. c. 16. n. 9.* Roſenthal. *de feud. c. 12. concluſ. 1. n. 35.* Diſſ. Paurmeiſter. *lib. 2. de jurisdict. c. 4. n. 132. & ſeqq.* putans,

Diſſ. Paurmeiſter.

putans,

putans, Aulam Cæſaream cum Auſtregis primi generis concurrere, ita ut actui is liberum ſit, ſtatus in Aula Cæſarea convenire, ſicque Auſtregas prævenire. Verum huic adverſatur primò reſcriptum Imperatoris Rudolphi II. ad præſidem conſilii aulici: Die Käyſerliche Majeſtät könne neben andern nicht ſehen/ warum und zu was End es die in Reichs-Abſchieden und Ordnung begriffene Inſtantiæ überſchritten/ und dem Cammergericht labefactiret werden/ hingegen Ihre Majeſtät ſchwere Unhäligung auffwachen möchten/ Schubhard. *de Auſtr g. th. 2* Secundò, quod judices Auſtregarum per viam contractûs ſint ſtatibus Imperii conceſſi, cui ſolus Imperator contravenire nequit, Reink. *d. loc.* Dn. Schütz *in colleg. publ. de ſtat. Rei Rom. vol. 2 diſp. 3.* Gail. 1. *obſerv. 41. n. 4.* Mynſ. *conſil. 24. n. 19.* Tertiò, quod expreſsè imperatoria Majeſtas proteſtata ſit, ſe ſtatibus in jure Auſtregarum præjudicatum nolle. Ordin. Cam. *p. 2. tit. 6. 8. 29.* Auctor der nothwendigen Erinnerung &c. *fol. 134. 177. part. 1.* quæ edita eſt Ingolſtadi anno 1613. Schwanman *obſerv. 2. in fin.* Hinc Carolus V. in Comitiis Auguſtanis de anno 1548. ſtatibus privilegium Auſtregarum non ſuſtulit, ſed ſaltem ejus renunciationem requiſivit, cui Status contradixerunt, dignitatis, ut credibile eſt, ſuæ tuendæ & decoris ſui cauſa, Thom. Michael. *de juriſdict. concluſ. 38. lit. C.* Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 18. n. 7.* pluribus vid. Dn. Caſp. Ziegl. *ad concluſ. Nicol. Calvoli* §. *auſtregæ concl. 1.* Limn. *lib. 9. c. 5. n. 32. & ſeqq.* Quomodo extraneus vel extra Imperium conſtitutus contra Princi-

Reſcriptum Rudolphi 2.

Præjudicium.

Quæſtio.

pum

pem experiri poſſit vid. Mindan. *lib.* 1. *c.* 17. *num.* 12. Matth. Stephan. *d. tr. p.* 1. *c.* 3. *membr.* 3. *n.* 25.

De quibus cauſis Auſtregæ cognoſcere poſſunt?

An de criminalibus?

TH. LVI. Quibus de cauſis Auſtregæ cognoſcere poſſint, DD. in diverſas abeunt ſententias. Hinc arduè quærunt, num in criminalibus, (de civilibus enim nullum eſt dubium per text. 2. *ordin.* 4. *princ.*) competentes ſint iudices? Affirmativam amplectitur Limn. *d. lib.* 9. *c.* 5. *n.* 63. & ab eo alleg. Matth. Stephan. *de iuriſd. lib.* 2. *part.* 1. *c.* 3. *n.* 3 *n.* 46. Umm. *diſput.* 4. *th.* 10. *n.* 51. Dn. Ziegl. §. *auſtrega concluſ.* 3. Mindan. *lib.* 1. *de proceſſ. cap.* 9. *n.* 1. & 2. Primò quod cauſæ criminales ab Auſtregis nuſpiam inveniantur exceptæ. Secundò quod eædem ſub verbis Spruch und Forderung *d. part.* 2. *Ordin. Cam. tit.* 2. comprehendantur. Verùm negativam veriorem cum Vultei. *ad l.* 1. *C. ubi Senat. vel Clariſſ.* exiſtimo, ob ſequentes, quas habet Dn. Schütz *in colleg. publ. de ſtat. Rei Rom. vol.* 2. *diſp.* 3. & ipſe Limn. *d. loc.* rationes. Primo quod iuriſdictio criminalis competere non poſſit, niſi ſpecialiter ſit conceſſa *l.* 1. *ff. de offic. eius cui* &c. nec ſufficiat generalis, quando requiritur ſpecialis *c.* 4. 5. *de procurator in* 16. Secundò, quod ceſſet hic ratio privilegii, ſi quidem cauſæ criminales unica inſtantia abſolvuntur, *Receſſ. Imper. Aug. anno* 1530. §. *item* als jetzt etliche Zeit. Tertiò, quod Auſtregæ de iis, quæ ad Cameram in prima inſtantia pertinent, tantùm iudicent *arg. tit.* 1. *part.* 2. *Ordin. Cam.* At Camera de criminalibus non cognoſcit Schwbhard. *de auſtreg. c.* 5. *n.* 18. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 42.

An de Feudalibus?

TH. LVII. Feudales quod attinet, itidem ab auſtregali iudicio exemptæ ſunt. Nam Vaſallus vo-

lens Principem vel Comitem Imperii, vel Baronem in cauſa feudali in ius vocare, pares curiæ non iudices ordinationes adire debet *cap. 1. de controverſ. feud. apud pares termin. 2. feud. 1. §. preterea. ibiq. Feudiſtæ communiter* Gail. 1. *obſerv.* 1. *n.* 54. Ab iis tamen ad Cameram appellari poteſt, ſi non ſit alius mediatus Gail. *ibid. n.* 56.

Except, TH. LVIII. Hoc fallit in controverſiis motis ratione Ducatuum, Principatuum: Comitatuum, quibus de ſolus Imperator vel Rex Romanorum cognoſcit, Gail, 1. *Obſerv. 26. in fin. Ordin. Camer. part. 2. tit. 7. in princ.* cuius verba hæc ſunt: Ob auch Sachen vorfielen/ Fürſtenthum / Hertzogthum / Graffſchafft/ ꝛc. belangend / ſo vom Reich zu Lehen rühren / ſo einem Theil gäntzlich / und endlich abgeſprochen werden ſolten / derſelbigen Erkäntnis wollen wir der Käyſerlichen Majeſtät / oder ihrer Liebe abweſens/ uns/ als Römiſchen König hierin / doch ſonſten andern Sachen dieſer Ordnung unabbrichig / vorbehalten haben. Nec deſtituimur exemplis; etenim Carolus V. Imp. Johannem Ducem Cliviæ de Ducatu Juliacenſi & Montium ut & Ravenſpurgenſi Comitatu inveſtwit absque ſtatus Imperii voto & conſenſu, deductio Saxon. in punct. ſucceſſ. Gülich / Cleve und Berg /&c. producto 5. Aliud recenſet Schleidan. *lib. 20. de ſtat. religioſ.*

Exemplum. TH. LIX. Sed hæc cum grano ſalis accipienda ſunt, & intelligenda eo de caſu, quô controvertitur de proprietate, ſicque iudicium petitorium inſtituitur, id quod indicant verba ordin. So einem Theil gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſolte. Quando

do enim de poſſeſſione ſaltem agitur, Camera judex eſt competens, Cammer-Gerichts-Ordnung. *part. 2. tit. 21.* §. Wo auch. Reinking. *d. tr. lib. 1. claſſ. 4. c. 19. n. 50.*

An Auſtregarum juriſdictio ordinaria, an delegata?

Th. LX. De cauſis matrimonialibus, & juriſdictione Auſtregarum, an ordinaria an vero mandata ſeu delegata ſit, vid. Limn. *d. loc. & lib. 4. c. 8. n. 90. & ſeqq.* Schütz *d. diſp. n. 12.* Schrad. *de feud. p. 10. ſect. 5. n. 48.* Fr. Mindan. *de proceſſ. lib. 1. cap. 10. n. 20.* Vultej. *ad d. l. C. ubi ſenat.* Umm. *d. diſp. 4. th. 8. n. 41. & th. 10. n. 52.* Reinking. *d. tr. lib. 2. claſſ. 2. c. 16. n. 14.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 2. part. 1. c. 3. n. 46.* Illud hic non eſt prætereundum, quod executio ſententiarum, per judices Ordinationis latarum, ad Cameram ſpectet, ideò immediate in Camera mandata executorialia decerni poſſunt, Gail. 1. *obſerv. 1. n. 52.* Mindan. *de proceſſ. cap. 19. n. 1.*

Sententiarum Auſtreg. Executio ad Cameram pertinet.

Finis Auſtregarum.

Th. LXI. Finis Auſtregarum eſt; ut Proceres Imperii plures unà habeant inſtantias, ne tota cauſa, quæ magni interdum ſolet eſſe momenti, unô judicio Cameræ ſcilicet Imperialis terminetur, & ne deterioris ſint conditionis; quàm plebeji & Cives immediaté Imperio ſubjecti, qui jura ſua diverſis vicibus urgere, per incuriam omiſſa, aut per injuriam rejecta recuperare ac deducere poſſunt Matth. Stephan. *de juriſd. lib. 2. p. 1. c. 3. membr. 3. n. 3.* Reinking. *d. tr. lib. 2. claſſ. 2. c. 16. n. 6.*

Quando ceſſat hoc beneficium?

Th. LXII. Ceſſat hoc beneficium, ſi partes ei in ſpecie renuncient, Gail. 1. *obſerv. 1. n. 19. & obſerv. 40. per l. pen. C. de pact.* Aut peculiari jure utantur, alſo daß ſie ſonderliche rechtliche Außträge hät-

ten. Matth. Stephan. *d. loc.* Qua cautelâ ſæpius creditores in literis obligatoriis uti docet Schwanman. *lib. 1. proceſſ. Cam. cap. 6. n. 1.*

Forum ex mandata & prorogata jurisdictione.

Th. LXII. Et hæc etiam de foro privilegiato & Ordinario. Extraordinarium Forum quis ſortitur, vel ex mandata, vel ex prorogata jurisdictione. Mandare enim jurisdictionem poſſe tralatitium eſt *l. 2. & 4. de offic. ej. cui. l. 5. de jurisdict.* Eſt autem mandata jurisdictio, quamvis beneficio & conceſſione ejus, in quo proprio jure reſidet, exercet *l. 5. l. 1. de offic. ejus l. 16. de jurisdict.* Unde ab eo, cui mandata eſt iurisdictio, non appellatur ad eum, qui mandavit *l. 1. ff. quis & à quo appell.* quia ab eodem ad eundem appellari videtur, cum ipſe fungatur vice mandantis *d. l. 1. §. 1. & l. 3. de offic. ejus.* Matth. Stephan. *de juristdict. lib. 1. c. 16. n. 25.*

Quid mandata jurisdictio?

Th. LXIV. Ut igitur coram delegato conveniri poſſit Reus, requiritur, ut ordinarius ei iurisdictionem rectè mandare potuerit *l. unic. C. qui pro ſua jurisdict. judic. dar. poſſ. l. 16. de jurisdict. l. 2. & 4. de offic. ej.* Vantius *de null. ſentent. ex defect. jurisd. de leg. n. 3.* ac diſertè mandaverit; eaque ex mandato in delegatum tranſierit Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. c. 20.* nec vel morte vel revocatione finita ſit Donell. 17. *comm. 8.*

Delegatus ſubdelegare poteſt.

Th. LXV. Hic enucleanda eſt quæſtio, An mandatarius, cum proprii nihil habeat, *non obſtat l. 13. ff. de offic. pro conſ.* mandatam ſibi iurisdictionem alteri mandare poſſit? Vel, An delegatus ſubdelegare poſſit? Matth. Stephan. *d. loc. 16.* indiſtinctè negat, ex ratione generali, quod ſpecialia non ſint extendenda

tendenda

tendenda & multiplicanda *l. 15. ff. ſi cert. pet.* Verum diſtingvendum eſſe cum Magnif. Dn. Frantzk. *Ad tit. de jurisdict. n. 38.* autumamus; Vel enim per ſubdelegationem intelligitur iurisdictio ulteriùs demandata, & vera eſt Matth. Stephan. & aliorum opinio, Vel commiſſio ſolius cauſæ ſeu litis ſignificatur, & falſa eſt, ſiquidem unusquisq;, cui iurisdictio mandata eſt, eriam hoc facere poteſt; committere enim cauſam alii dijudicandam, nihil aliud eſt, quàm iudicem dare, quæ licentia, cum iurisdictionis omninò ſit, ideoque & mandata iurisdictione utenti conceditur *l. 12. §. 1. de judic.* Excell. Struv. *exerc. 3. th.* 18. *Diſtinctio.*

TH. LXVI. Prorogare iurisdictionem poſſunt omnes, qui de iuris neceſſitate coram hoc vel illo iudice reſpondere non tenentur Dd. in *l. 1. de judic.* Umm. *d. diſp. 4. th. 17. n. 90.* Peretz. *ad tit. de jurisdict. n. 16.* Et quamvis privatorum conſenſus non iudicem faciat eum, qui nulli præeſt iudicio *l. 3. C. de jurisdict.* quoniam iurisdictio publici iuris eſt Weſenb. *in parat. de jurisdict. n. 9.* Peretz. *d. loc. n. 15.* iurisdictionem tamen alicui publicè datam prorogare, ſive eum competentem iudicem, qui aliàs non erat, facere poteſt, *l. 1. C. d. tit. l. 18. ff. eod.* Peretz. *d. n. 15.* *Qui poſſunt prorogare jurisdictionem?*

TH. LXVII. Ex quibus pateſcit, iurisdictionem prorogatam eſſe qualitatem iurisdictionis ordinariæ, ut ita præſupponatur iurisdictio. Unde etiam non ſubſiſtit conventio inter creditorem & debitorem inita, ut hic in caſum non factæ ſolutionis ad diem deſtinatum carcerari à creditore propriâ autoritate poſſit. Cum citatio realis ſit iurisdictionis

 l. unic.

Privati juriſdictionem dare non poſſunt. *l. unic. C. de privat. carcer. inhib.* Cöler. *p. 3. de proceſſ. execut. c. 6. n. 10. 11. & ſeqq.* ſed pactis privatorum iurisdictio dari non poteſt, *d. l 2. Cod. de jurisd.*

Requiſita prorogatæ jurisdictionis. TH. LVIIX. Porrò, ut valeat prorogatio, requiritur, ut iudex, cuius iurisdictio prorogatur, ad eius controverſiæ, quæ inter litigantes orta eſt, habeat iurisdictionem ſufficientem, ita ut, ſi rei ſpiritualis controverſia fuerit, iurisdictionem ſpiritualem exercere poſſit; ſi de crimine agatur; crimina coercendi poteſtatem habeat, alioquin non veteris iurisdictionis prorogatio, ſed novæ iurisdictionis collatio dicetur, quam privati, ut dictum, concedere non poſſunt. Paurmeiſt. *de jurisdict. pag. 317. n. 38.* Matth. Stephan. *d. tr. lib. 1. c. 23. n. 14. & ſeqq.* Sichard. *in l. 1. n. 8. C. de jurisdict.* Socin. *in cap. ſignificaſti 18. n. 29. de for. compet.* Peretz. *ad tit. de jurisdict. n. 17.*

Diviſio prorogationis. TH. LXIX. Non incommodè prorogatio à Doctoribus dividitur in voluntariam & neceſſariam. *Voluntaria quomodo fit?* Illa propriè fit conſenſu vel expreſſo, ut, quando partes expreſsè conſentiunt in iudicem non ſuum, eumque adeunt *l. 1. l. 2. ff. de judic. d. cap. ſignificaſti 18. de compet. l. 18. de jurisdict. l. pen. C. de pact.* Vel tacitò, qui intelligitur ex litis conteſtatione eius, qui aliàs forum declinare poteſt, *l. 4. C. de jurisdict.* niſi erraverit *l. 15. d. t.* Nam ante litis conteſtationem poteſt altera pars reſilire per pœnitentiam, *Neceſſaria.* Excell. Dn. Struve *exerc. 3. th. 19.* Hæc ſcilicet neceſſaria fit contra invitum ex neceſſitate legis, qualis eſt reconventio *l. 14. & auth. ſeq. C. de ſentent. & interloc.* Nobiliſſ. Dn. Hahn *in obſerv. ad Weſenb. p. 1. pag. 197.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 9. c. 10. n. 69.* qui

n. 61.

n. 63. & 36. plures addit cauſas, ex quibus incompetens iudex fieri poſſit competens, iung. Juſt. Meier. *ad tit. de judic. n. 284. & ſeqq.* Weſenb. *parat. C. de jurisdict. n. 4.*

Pœna incompetentiæ.

Th. LXX. Pœna incompetentiæ eſt *in l. 5. §. 1. C. de jurisd. omn. jud.* quicunque enim cauſam ſuam in vetito vocavit examine, aut executionem popoſcit militarem, Actor quidem cauſa cadit, Reus pro condemnato habetur, iudex verò capitaliter punitur. Quæ lex hodiè quidem non practicatur, per peritum tamen Advocatum in uſum revocari poſſe docet Meier *ad tit. de judic. n. 284.* Oprecht. *diſp. 1. de judic. 100. & ſeqq.* Sichard. *ad l. 5. C. de jurisd. omn. judic.* Hæc & quæ plura reliqua ſunt, operoſiùs & prolixiùs divinâ ope pertractare animus erat, ſed telam opinione celeriùs abrumpere cogor, quapropter tuo benivolo, benivole Lector, iudicio, me ſubmitto, inquiens cum Horat. - - - Si quid noviſti rectius iſtis,

Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

Lex in uſum revocari poteſt.

DIVINÆ MAJESTATI SIT

Laus, Honor & Gloria.

Die donnernde Mörſel/ die brummende Stücke
Entleiben und treiben viel Feinde zurücke/
Die ſummende Kugeln/ die klingende Degen
Zertrennen und können viel Feinde erlegen/
Die wiehernde Hengſte/ die ſchäumende Pferde
Gehn prächtig/ ſtehn mächtig auff zitternder Erde/
Dieweil ſie mit Künſten und hurtigen ſpringen
Offt pflegen die Freunde und Feinde zu zwingen.
Die blühende JUGEND in TUGEND verliebet/
Die ſtündlich und gründlich in KUNSTEN ſich übet/
Kan jagen und ſchlagen; was feindlich uns kräncket/
Zerſteuben/ vertreiben das/ was uns verſäncket/
Die frohen Gemüther in hertzliche Schmertzen
Erfreuet/ verneuet die ſchmertzlichen Hertzen/
Ja alles in allen muß fallen und liegen/
Wann TUGEND und KUNSTE zuſammen ſich fügen/
Das wuſte MEIN WERTHER/ drumb war er befliſſen/
Es muſte die JUGEND mit TUGEND ſich küſſen/
Das WISSEN begleiten die Seiten der beyden/
Nun kan Er beſtreiten der Zeiten ihr Leiden/
Kan ſolches verdringen bezwingen mit Ehren/
Für Trauren/ für Schauren/ für alles ſich wehren/
Kan jagen und ſchlagen; was feindlich/ zurücke
Wie donnernde Mörſel/ wie brummende Stücke.

Vermöge Brüderlicher alten Freund-ſchafft/ ſetzte dieſes gering-ſchätzige

Hans Ernſt auß dem Winckel.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google